

1645

~~XII~~, 4.

THESAVRI LATINITATIS PVRAE COMPENDIVM ALTERVM:

IN QVO SIMPLICIBVS VOcabulis, naturâ cohærentibus, omnes Ciceronianè loquendi formulæ, eadem naturali ſerie ſubiunguntur: pro adoleſcentulis Latinè loqui & ſcribere incipientibus.

Cum alphabetico Indice Germanico.

Autore

M. IOANNE BENTZIO *Bruxellenſi.*



SAPIENTIA CONSTANS.

Cum gratia & priuilegio Cæſ. Maieſt.

ARGENTORATI,

Excudebant hæred: Bernh: Iobini. An. 15*96.*

Cas A 2148

Bibliotheca Casimiriana

REVERENDO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO LVDOVVICO FRIDERICO, DVCI VVirtembergensi ac Teccensi, Comiti Montisbeligardi: cathedralis ecclesiæ Argentinensis Canonico, &c. Principi suo clementissimo,

S. P. D.

PSAMMETICHVM OLIM ÆGYPTI REGEM, REVERENDE & Illustrissime Princeps, Domine clementissime, memorat Herodotus: exploraturum gentis antiquitatem suæ, propter contentionem ea de re cum Phrygibus ortam: pueros infantes duos, ex humilibus natos parentibus, alendos pastori tradidisse: ea conditione, vt inter pecora enutriti, vocem hominis, donec ipsi loquerentur, non audirent. Sic enim existimasse regem; ex ipsorum sermone quasi naturali, de alterutrius origine populi posse iudicari. Accidisse verò post bienniũ; vt intrante ad eos pastore, sublatis ambo manibus, Beccus Beccus clamitarẽt: idq; cùm iteratũ sæpiùs, & ad regẽ relatũ esset: inquisitione habita, quænã natio ista vteretur voce;

compertum fuiſſe, Phrygas hoc nomine Panem appellare: ideoq; omnium antiquiſsimos mortalium hos atq; primos æſtimatos. Hanc adeò rem ab Aegyptiorum ſe ſacerdotibus accepiſſe, vetuſtiſsimus hiſtoriarum ſcriptor aſſeuerat: & quoniam ex Hebræorum illa vocula fontibus promanaſſe videtur; ſunt in ea etiamnum opinione nonnulli, vt arbitrentur; Hebræâ veluti prima & natiuâ vſuros eſſe linguâ, qui non ad aliam ab infantiâ eſſent aſſuefacti.

Nos etſi libenter veneremur antiquitatem, & ſuum cuiq; liberum relinquamus iudicium: tamen haud facilè poſſumus credere, articulatum vllius populi prolaturos eſſe ſermonem, qui non illum priùs ex alijs audiuerint. Primùm enim ſacris edocti literis ſcimus, ſingulari præpotentis Dei conſilio, linguarum hanc diſtractionem extitiſſe; ad inanem propriarum virium ac virtutis confundendam fiduciam hominum, qui turrim cœperant ædificare Babylonicam, cuius altitudo rurſus aquas exuberantes ſuperaret. Deinde verò quotidiana teſtatur experientia; quemadmodum in alijs artibus comparandis, ſic etiam linguis in vita vtilibus atq; neceſſarijs addiſcendis, verum id eſſe quod poëta cecinit:

——— *Labor omnia vincit*
Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.

Videmus vtiq;, quàm ſe ſæpe torqueant Itali, & Galli, & Poloni, & qui ad nos veniunt ab exteris nationibus alij: donec ad idiomatis noſtri normam

mam poſsint pronunciare: quod & inuicem noſtris hominibus apud illos interdum vſuuenire, minimè mirandum eſt. Neq; verò mirandum, in vulgaribus his linguis id accidere; quæ liberiùs, ſineq; certis legibus à quibuſuis vſurpantur: verùm in tribus ſanctiſsimis, eruditiſsimis, & pulchris præceptionibus inſtructiſsimis, Hebræâ, Græcâ, & Latinâ, quantum perdiſcendis inſit difficultatis; ſi quiſquam, nos maximè, in erudienda iuuentute qui deſudamus, quotidie experimur. Nã tametſi ab incunabilis quaſi adductos in ſcholas puerulos Grammaticorum regulis informemus, & per plures gradus atq; ordines, autorum probatorum vocibus, loquendiq; formulis, ſedulò imbuamus: perficere tamen apud eos orationis genus, quod eruditis probetur auribus, ægrè poſſumus: ſed depugnare crebrò cum barbariſmis atq; ſolœciſmis neceſſe habemus. Quantò plus eſt autem in efficiendo laboris ac moleſtiæ: tantò plus in effectu venuſtatis atque oblectationis deprehenditur: quandoquidem non ſolùm ſummâ exculti doctrinâ quiq;, ſed & mediocriter docti orationis concinnitate non minùs, quàm ſuaui vocum concentu muſico delectantur.

Cæterùm quod in arte habet Horatius:

Scribendi rectè, ſapere eſt & principium & fons:
Verbaq; præuiſam rem non inuita ſequentur;

de illis id opinor dictum eſſe, apud quos ex domeſticorum vſu, pueri etiam & mulierculæ eleganter æquè ac Plautus, Neuiusuè loquebantur: quem-

admodum de Cornelia, de Lælia, de cæteris eius generis Romanorum matronis Cicero affirmat. Nobis autem, quibus nec Hierosolyma sanctitatem communicare, nec Athenæ tradere sapientiam, nec Roma potest Latinitatem, quam amisit ipsa impertire: singularis diuini muneris ac beneficij loco numerandum est, quòd è turbulentissimis bellis, & imperiorum vastationibus, monumenta multa tamen reseruata fuerunt: vnde animis linguisque instructi, valeamus non solùm in cœtibus eruditorum hominū versari commodè, sed etiam per omnes orbis partes peregrinari.

Atq; ad hanc commoditatem adjuuandam, eumque quem dicimus, minuendum laborem; multi boni viri resolutis autoribus, Lexica, Dictionaria, Nomenclatores, Apparatus, Thesauros, Syluas vocabulorum confecerunt: alij alijs vsi ordinibus; è quibus partim significationes peterentur verborum, quæ legentibus aliorum scripta sese offerunt: partim locutionū sumerentur formulæ ad orationis constructionem idoneæ. Porrò ad dicendum scribendumuè purè, eleganter, copiosè: nulla facilè via inuenietur expeditior: quàm quæ à summo in hoc genere rerum artifice D. Ioanne Sturmio, præceptore nostro gratæ memoriæ, fuit ostensa: in qua, duce naturâ, certis Locis sese rerum, & verborum, & modorum loquendi probatorum copia, facilem ad delectum exhiberet.

Quibus quidē ego insistens vestigijs, superioribus

tribus annis aliquid tentaui: cum Demosthenis, & Isocratis dictionem, eiusmodi Locorum illigatam ordinibus, Thesauri Græcolatini nomine in lucem emisi: quò, quod in componendo nostri adolescentes tutò sequerentur, haberent: nec, vt aliquando solebāt, emendicatis hinc inde, temereq́; consutis singulis verbis, variegata potiùs mendicorum, quàm germana Atticorum pallia conficerent. Atq; tum breui summittere constitueram locupletiores Latinas Ciceronis opes, è tristi naufragio recollectas. Sed ipsum per se satis operosum opus, dum pluribus impedimentis retardatur alijs: rogatu collegarum meorum, quibus adolescentiæ profectus pariter curæ est, Compendium ex illo primum excerpsi simplicium vocabulorum; per gradus aliquot ita distributorum: vt vnà cū progressu atq; incrementis studiorum, pueri pulchram vocum supellectilem, sine magno labore quidē, multa verò cum oblectatione queant comparare. Ex eodem & hoc nuper descripsi Alterum compendiū: in quo simplicibus verbis, non contemnendo adauctis numero, modi quoq; loquendi Ciceroniani adiunguntur, breuiter, & ordine rerum actionumq́; naturali comprehensi. Quibus in prima styli exercitatione qui assuescent adolescentuli: eos confidimus, ab omni immunes barbarie, genus orationis syncerum, & eruditorum non ingratum auribus assecuturos. Spes est isthæc nostra quidem, & hic conatus leuandi molestiam, quæ iunioribus in discendis his linguis, &

locandis ſtudiorum fundamentis obijcitur. Quicquid autem euenerit: id æqui rerum æſtimatores in meliorem interpretabuntur partem.

Tuæ Celſitudinis autoritate atque exemplo commoti, Reuerende atq; Illuſtriſsime Princeps, Domine clementiſsime: quem non inconſideratè huius patrocinium Opuſculi ſuſcepiſſe ſentient: quem ſciunt, ex Illuſtriſsima Ducum VVirtembergenſium familia natum, non contentum illius altitudine ſplendoris ac fortunæ, viuere in otio: ſed magno ſtudio, & induſtria admirabili linguis, Latinæ cumprimis incumbere: quem in ætate tenella, ſenili quadam prudentia vident eſſe præditum; certoq; perſuaſum habere, Veri id eſſe principis munus, efficere, vt quò pluribus ſit aliquando hominibus mandata daturus, eò excellentiore ſit ipſe inſtructus virtute: qualémque velit eſſe populum ſuum, tale ipſis exemplar viuendi præferat.

Nec verò ignorant autorem huius inſtituti, præter Illuſtriſsimorum parentum præcepta, & maiorum exempla auguſtiſsima, Nobiliſsimum & Prudentiſs. virum, Dn. Chriſtophorum ab Hermsdorff, fideliſsimum moderatorem vitæ ſtudiorumque T. C. Autorem verò etiam nouerunt D. Nicolaum Gerbelium, & patrem, & filium: qui paterni auitiq; celebritatem nominis, ita ſe quàm commodiſsimè amplificaturos cenſent: ſi principibus bene præcipiendo conſulendoque, toti humanæ ſocietati bene conſulant. Quorum

omni-

omnium inſtitutis atque conſilijs, benigniſsimus DEVS noſter velit benedicere; & orbi Chriſtiano plures elargiri principes, qui cum Eberhardo primo duce VVirtembergico, & Ludouico proximo, agnatis T. C. poſsint de ſuis affirmare ſubditis, Neminem eorum ſe ſcire, cuius non auſint in ſinu ſecurè, inermes, vaſta in ſolitudine, in vtramque aurem obdormire. Vale Reuerende & Illuſtriſs. Princeps, ac Domine clementiſsime. Argentorati, die 11. Martij: qui quotannis cum læto æquinoctij verni tempore, Pacifici quoque Illuſtriſs. Domini parentis, & T. C. memoriam nominis, FRIDERICI, reducit: quam vtriusq; C. per plura ſecula felicem, proſperam & optatam recurrere, etiam atq; etiam precor. Anno 1 5 9 6.

T C.

Subiectiſs.

Ioannes Bentzius.

DN. IOAN. STVRMIVS
ad Philippum Comitem Lippianum.

MIRABILE EST IN DEI PROuidentia: quòd Romanis dedit linguam & sermonem, ita flexibilem, & concinnam, & sonantem: vt nullius gentis populiq; oratio Romanorum orationi anteponi possit. Et cum Spiritus sanctus tribus vsus sit præstantissimis linguis, quibus homines docuit & ornauit: Hebræorum, Græcorum, Romanorum: tamen Hæbraici & Græci sermonis inter doctos tantum, eosq; non plurimos est vsus. Romanus verò per omnes nationes & populos & regna commeat: NEQVE VSQVAM GENTIVM VENIAS, VBI NON LATINVM HOSPITEM INVENIAS, QVI VIAM PROFICISCENTI MONSTRET. Ergò huius linguæ honestissima est comparatio: quòd in tribus Diuini Spiritus muneribus Deus voluit vbiq; esse, & esse perpetuum. & si vnà cum sermone Imperium Romanum debilitatum statim fuit: reuocandum eloquentiæ studium: quæ maximam semper vim habuit, ad docendum res honestissimas. eius linguæ verò præcipuè, quam Deus hospitalem esse voluit, quàm latè terrarum orbis patet hominibus.

IDEM AD NOBILEM
Henricum VVitzlebium.

INSTITVI POSSET EIVSMODI quædam ratio: vt aliquis mediocri ingenio præditus, postquam Grammaticos audiuit: quod animo complectatur, idem possit Latinè pronunciare, purè, variè, copiosè, ornatè, vt ipsa res requiret. & illud ipsum inuenire NON ALIQVO LITERARVM ORDINE, SED IN RERVM COMPAGE: vt quæ rerum inter se necessitudinem coërceat, eadem ratio verba quoq; & sententiarum formulas, quæ ex verbis conficiuntur, naturali & perpetua quadam consuetudine colligata teneat.

HOC CONSTAT INTER OMNES doctos & literatos, Quod verborum delectus sit origo eloquentiæ. Sed cura verborum, & studium vocabulorum in tria diuisum est tempora,: vnum sc. συλλογῆς, congregandum est omne genus verborum: alterum τῆς διατάξεως, in verbis digerendis, & collocandis, vt reperiri possint · tertium τῆς ἐκλογῆς, delectus. Vt enim argumenta, sic etiam verba sunt eligenda. In hac parte Lexica habent quidem collecta verba: sed non habent literatam διάταξιν, collocationem: neque ostendunt verborum pondera, momenta, delectum: nullus in illis ordo est, nisi literarum Alphabeti: & propterea ponuntur verba singula. Qui ordo solùm laudem habet diligentiæ: sed non laudem magnæ doctrinæ; neque suppeditat verborum copiam. Veluti DAMNVM inuenitur in litera D. DETRIMENTVM in litera D. quoque, sed longo interuallo: MALVM in diuersa & alia litera M. INCOMMODVM rursus in alia: CALAMITAS in alia: PERNICIES in alia: IACTVRA in alia: PAVPERIES rursus in alia. Et tamen hæc omnia sunt affinia, sunt cognata, sunt vniusmodi. Lexica autem ita sunt instituenda, vt omnia, quæ eiusdem generis sunt, ponantur sub oculos, vno in loco, duabus aut tribus chartis &c.

DISPOSITIO OPERIS.

- *VNIVERSITATIS*
 - *Causa*
 - *Prima, DEVS.*
 - *Secunda*
 - *Prouidentia, Fatum, Fortuna.*
 - *Natura: cuius affectiones*
 - *Motus.*
 - *Locus.*
 - *Tempus.*
 - *Effectꝰ*
 - *Cœlum.*
 - *Elementa*
 - *Ignis.*
 - *Aer: Meteora.*
 - *Aqua.*
 - *Terra: cuius*
 - *Partes*
 - *Naturales.*
 - *Artificiales.*
 - *Cōtenta*
 - *Visceribus:* Metallaria.
 - *Superficie:*
 - *Arbores.*
 - *Herba.*
 - *Fructꝰ &c.*
 - *Animalia*
 - *Irrationalia.*
 - *Volatilia, aues*
 - *Aquatilia, pisces.*
 - *Terrestria, quadrupedes.*
 - *Insecta.*
 - *Ratiōale HOMO eiusq;*
 - *Corpus: cum suis*
 - *Partib.*
 - *Accidentib.*
 - *Anima*
 - *Vegetatiua.*
 - *Sensitiua*
 - *Exterior.*
 - *Interior.*
 - *Motiua Rationalis.*
 - *Mens.*
 - *Volūtas & Affectus.*
 - *Actiones: earūque*
 - *Facultas.*
 - *Forma*
 - *Eccl. Polit.*
 - *Ciuiles.*
 - *Mili.*
 - *Oecō. in*
 - *Perso.*
 - *Rebꝰ.*
 - *Finis: Bonū.*
 - *Felicitas.*
 - *Vtilitas.*
 - *Honestas.*

B Honeſtum: VIRTVS

- Moralis
 - Fortitudo.
 - Temperantia.
 - Iuſticia
 - Vniuerſalis.
 - Particularis
 - Commutatiua.
 - Diſtributiua.
- Intelligibilis
 - Scientia.
 - Prudentia.
 - ARS
 - Liberalis, in
 - Oratione
 - Grammatica.
 - Dialect.
 - Rhetor:
 - Natura
 - Phyſiologia.
 - Mathematica:
 - Arith.
 - Muſic.
 - Geom.
 - Aſtron.
 - Moribus.
 - Mechanica in
 - Corporis
 - Alimento.
 - Sanitate
 - Veſtitu.
 - Animi oblectatione.
 - Externis
 - Fabrilibus operibus.
 - Facultatibꝰ parãdis.
 - Ludicra Mala.

DE DEO, & de Spiritibus. Locus I.
De Prouidentia, fato, fortuna, & casu. II.
De Natura & motu. III.
De Loco, eiusq́; differentijs. IIII.
De Tempore, deq́; differentijs & partibus eius. V.
De Mundo, & cœlo. VI.
De Elementis superioribus, & de meteoris. VII.
De Aqua, & partibus eius communibus. VIII.
De Aquæ partibus proprijs. IX.
De Terra, & partibus eius naturalibus. X.
De artificialibus Terræ partibus communibus. XI.
De Vrbe, & partibus eius. XII.
De Metallaribus. XIII.
De Plantis, & I. de arboribus, ac fruticibus. XIIII.
De Herbis & floribus. XV.
De Fructibus, & liquoribus. XVI.
De Animalibus. I. volatilibus. XII.
De Aquatilibus, siue piscibus. XVIII.
De terrestribus animalibus quadrupedibus. XIX.
De amphibijs, & insectis. XX.
De humanis rebus: de Homine, de sexu, & ætate. XXI.
De Corpore, & partibus corporis. XXII.
De bonis atq; malis corpori accidentibus. XXIII.
De Anima, & I. de Vegetatiua facultate. XXIIII.
De Sensibus exterioribus, & eorum obiectis. XXV.
De interioribus sensibus eorumq́; obiectis. XXVI.
De Motiua facultate. XXVII.
De Rationali anima, & primum de Mente. XXVIII.
De Voluntate & affectibus. XXIX.
De Facultate, de conatu atq; actione. XXX.

De

De Ecclesiasticis rebus, & personis. XXXI.
De Republica, de magistratu, ac de formis Rerũpub. XXXII.
De ordinibus & muneribus publicis. XXXIII.
De Conuentibus, & Senatu. XXXIIII.
De Causa & Iudicio. XXXV.
De Pace, & Bello. XXXVI.
De Re familiari, & cognatione. XXXVII.
De Coniugio, & affinitate. XXXVIII.
De Dominio, ac seruitute. XXXIX.
De Domo, & partibus eius. XL.
De Supellectili, & instrumento domestico. XLI.
De Vestitu, & ornatu corporis. XLII.
De Facultatibus, & pecunia. XLIII.
De Fine actionum, de bono, & felicitate. XLIIII.
De Vtilitate, & cæteris externorum bonorum speciebus. XLV.
De Honesto, & virtute. XLVI.
De Fortitudine. XLVII.
De Temperantia. XLVIII.
De Iusticia, de æquitate, & lege. XLIX.
De Commutatiua iusticia. L.
De Distributiua iusticia communi. LI.
De Speciali iusticia distributiua. LII.
De Scientia, & opinione. LIII.
De Prudentia, Sapientia &c. LIIII.
De Arte, atq; institutione. LV.
De Philosophia: & I. de Grammatica. LVI.
De Consignificantibus, atq; particulis. LVII.
De Oratione, & scriptura. LVIIII.
De Historia, & Poëtica. LIX.
De Dialectica. LX.
De Rhetorica. LXI.

De Phy-

De Physiologia, & Medicina. LXII.
De Mathesi, & Arithmetica. LXIII.
De Musica. LXIIII.
De Geometria. LXV.
De Astronomia. LXVI.
De Moralibus disciplinis. LXVII.
De Mechanicis artibus : & I. in acquirendo alimento occupatis. LXVIII.
De artibus alimentum præparantibus. LXIX.
De artib. ad cultum corporis seruientibus. LXX.
De vestiariјs artibus. LXXI.
De graphicis artificijs. LXXII.
De fabrilibus artificijs. LXXIII.
De quæstuosis artibus. LXXIIII.
De ludicris exercitijs. LXXV.
De malis artibus. LXXVI.

DE DEO, ET DE SPIRITIBVS.

LOCVS I.

DEVS, GOTT. *Diuus*, eyn GOTT/ oder Heylig. *Numen*, Göttlicher Gewalt. *Superi*, die Obern/ Götter. *Cœlestes*, *Cœlites*, die Himmels einwohner. *Pater*, *Genitor*, *Conditor*, *Procreator*, *Fabricator rerum*, der Vatter/ oder Schöpffer aller ding.

Adiuncta.) Magnus, Tantus, Supremus, Præpotens deus. Vis, Poteſtas, Maieſtas dei. Verus deus. Graue, Sanctum numē. Pręſtans, Intelligens, Nobilis deus. Virtus, Sapientia, Conſilium, Æquitas, Bonitas, Benignitas, Beneficentia dei. Beneficus, Clemens, Beatus, Impaſſibilis, Incorporalis, Inuiſibilis deus. Species, Figura, Forma, Facies, Simulachrum dei. Cœleſtes, Penates, Populares, Patrij, Iuniores, Noui, Commentitij dij. Immortalis, Æternus, Sēpiternus deus. Corrupti, Imbecilles dij.

Actiones.) Oriri, Naſci, Eſſe deos, vel deum. Agere, Facere, Efficere, Gerere aliquid. Gignere, Procreare, Condere, Conſtituere, Fabricari, Fingere res. Adminiſtrare mundum. Regere, Gubernare naturam. Moderari cœlum & terras. Præſidere vrbi. Imperare homini. Scire, Cernere, Animaduertere omnia. Vigere, Sentire, Meminiſſe, Præuidere. Curare res humāas. Diligere homines. Audire, Exaudire preces. Velle, Approbare aliquid. Significare futura. Prouidere, Conſulere, Subuenire hominibus. Iuuare, Adiuuare eos. Opitulari, Opem, Auxilium, Præſidium ferre alicui. Defendere, Tueri, Seruare, Conſeruare homines. Deferre, Dare, Tribuere, Tradere, Largiri bona. Auertere mala. Conniuere in ſceleribus. Iraſci alicui. Vetare, Prohibere, Arcere aliquid. Vlciſci, Vindicare ſe. Pœnas conſtituere. Malè alicui facere, Dolorem imittere. Eripere, Perdere aliquid. Facere, Fieri deum ex homine. Habere, Ponere, Reponere, Collocare aliquem in numero deorum. Intelligere, Scire, Noſſe, Cognoſcere, Agnoſcere, Contemplari animo deum. Amare, Vereri, Timere, Metuere deum. Parere, Obedire deo. Colere, Venerari, Honorare deū. Adire, Confugere ad deum. Precari, Adorare deum. Petere aliquid à deo. Supplicare deo. Inuocare, Implorare, Appellare, Teſtari, Conteſtari, Obteſtari deū. Vouere, Dicare, Conſecrare deo rem. Imolare, Litare deo. Placare deum. Tribuere, Attribuere, Aſcribere aliquid deo. Gratias agere deo. Ornare, Laudare deum.

Ementiri, Fallere deum. Nescire, Negligere, Relinquere, Repudiare, Irridere, Negare deum. Impium, Inimicum, Hostem esse dei. Aduersari, Bellum indicere deo. Violare deum. Funditus tollere deos.

Diuinitas, Deitas, die Gottheyt. Numen, Göttlicher Gewalt. Immortalitas, Vnsterbliche. Cœlũ, Himlisch wesen. Trinitas, Treifaltigkeyt.

Adiuncta.) Vera, Mentita diuinitas. *Actiones.*) Affectare, Mentiri diuinitatem. Tribuere, Dare alicui, Consequi diuinitatem. Gubernare mundum, Sustẽtare, Fouere genus humanum, diuinitatem. Patere aliquid diuinitati. Arripere, Excipere aliquid ex diuinitate. Intellectus, Ignorantia diuinitatis. Offendi, Non submoueri diuinitatem.

Diuinus, Diuus, Göttlich/Heylig. Immortalis, Vnsterblich. Cœlestis, Himmelisch. Superus, Supernus, Obere.

Actiones.) Cogitare supera atq; cœlestia. Inuestigare, Intelligere, Audire, Sentire diuina. Accidere, Esse, Habere aliquid diuini. Violare, Vexare, Perturbare, Euertere diuina.

Diuinè, Diuinitùs, Göttlicher weise/ Võ Gott her.

DEVS-PATER, Gott der Vatter. Parens omnium, der Vatter aller. Dominus hominum, der HErr.

Adiuncta.) Magnitudo, Virtus parentis. Summus pater. Vnus pater. Verus pater. Indulgentissimus dominus. Spiritalis pater. *Actiones.*) Producere, Gignere sui similem spiritum, filium Generare cuncta. Excogitare, Ornare, Perficere res. Cognoscere, Colere, Venerari parentem dominumq;.

FILIVS-DEI, Gottes Sohn. Iesus, eyn Seeligmacher. Christus, eyn Gesalbter. Mediator, eyn Mitler. Liberator, eyn Erlöser. Saluator, eyn Heylandt. Meßias, Hemanuel. Verbũ, das Wort. Filius-hominis, deß Menschen Sohn. Doctor cœlestis virtutis, iusticiæ, der Himmelisch Lehrer der Tugendt/ Gerechtigkeit. Princeps, Dux, Rex regum, der Fürst/ Hertzog/ König aller Könige.

Adiuncta.) Magnus dux. Maximus filius. Summi dei filius potestate maxima præditus. Virtus maiestasq; verbi. Amantissimus & probatissimus dei filius. Sapientia & virtute instructus filius. Perfectus, Cõsummatus doctor. Primogenit⁹ dei filius. *Actiones.*

Generari

Generari ex deo. Legari, Mitti. Descendere in terram. Concipi in vtero virginis. Nasci. Operari max. virtutes. Facere mirabilia. Tradi in manus impiorum. Passionem, Mortem suscipere & perferre. Sustinere cruciatus, ac verbera; Crucifigi. Resurgere; Ascendere ad deũ patrem. Regnare in perpetuum, Manere in æternum. Esse semper in secula.

SPIRITVS-SANCTVS, d Heylig Geyst. *Dei, vel Diuinus Spiritus*, der Geyst Gottes. *Paracletus*, der Tröster.

Adiuncta.) Sapientiæ, Intellectus, Fortitudinis, Pietatis, Timoris dei spiritus. Sempiternus spiritus diuinus. *Actiones.)* Diffundi spiritum diuinum. Implere electos. Requiescere super filium. Exacerbare Spiritum sanctum.

SPIRITVS, eyn Geyst. *Dæmon Dæmoniũ*, eyn verständiger Geyst. *Genius*, eyn beiwohnender Geyst.

Adiuncta.) Multi, Tenues, Incõprehẽsibilis, Prauus, Subdolus spiritus. Iniusti, Impuri, Nequissimi, Inquinati, Contaminati ac perditi, Incesti ac vagi spiritus. *Actiones.)* Creari, Exire à deo, Facere mala, Turbare omnia, Insinuare se mentibus hominum, Instigare, Occupare corpora, Vexare animas, spiritus. Venerari, Sequi dæmonas. Parere dæmonijs. Mancipare animas spiritibus impuris. Excludere, Condemnari & abicij à deo spiritus.

Spiritualis, Spiritalis, Geystlich.

ANGELVS, eyn Engel. *Dei ministri*, Gottes diener.

Adiuncta.) Multi, Non maculati, Cœlestis dignitatis, Immortales ãgeli. *Actiones.)* Figurari à deo, Creari, Mitti ad tutelã hominũ, Seruire nutib⁹ dei, ãgelos.

Angelicus, Engelisch.

DIABOLVS, der Teuffel. *Dæmon, Dæmonium, pro eodem. Calumniator, Criminator*, der Lästerer/Teuffel. *Satan. Satanas*, der Satan/Butz. *Aduersarius dei, vel hominum*, Gottes/oder der Menschen Feind. *Spiritus prauus, subdolus, impurus, inquinatus, nocens &c.* der Verkehrete/Betrügliche/Vnreine/ Schädliche Geyst.

Adiuncta) Mali, Inimici, & vexatores hominum dæmones. Fallacissimus dominator terræ. Fallacia, Calliditas, Astutia, Dolus, Malitia, Violentia, Fraudes diaboli, vel dæmonum. Perditi, Perditissimi dæmones. Cæleste, Terrenum genus dęmonum.
Actiones) Grassari, Vagari, Aduersari, Perdere, Intendere fallacias, Illicere ad crimina, Ingerere turpitudines, dęmones. Autores, Machinatores malorum dæmones. Deludere, Fallere Corrumpere homines, Incide-

re in laqueos & fraudes aduersarij. Irretiri fraudibus dæmonum. Incursum dæmonis perpeti. Nocere dæmones. Seruire diabolo. Intelligere astutiam dæmonum, vim eorum retundere. Domitos, ac subactos cogere cedere. Fugare. Adjuratos, Excedere ex homine. Reformidare deum. Torqueri dæmonas à deo. Contremiscere ad nutum dej. Vinciri catenis.

Diabolicus, Teuffelisch. *Dæmoniacus, idem*, oder Besessen.

SPECTRUM, ein sichtbar Gespänst. *Laruæ, Lemures*, Nachtgeyster/ Poldergeyster.

DE PROVIDENTIA, FATO, FORTUNA, ET CASU.

LOCUS II.

PROVIDENTIA, Gottes fürsehūg. *Fatum*, Gottes schickung. *Fatalis necessitas, Diuina necessitas, Vis fatalis*, Von Gottes Schickung herreichende Nothwendigkeyt/ oder Gewalt.

Adiuncta.) Singulare fatum. Necessitas, Vis fati. Solertia diuinæ prouidentiæ. Anceps via fatorū. Graue, Miserum, funestumq; fatum. Anile, & plenum superstitionis fati nomen. *Actiones*) Deberj fato vitam. Contineri omnia fato. Extimescere fatum. Prædicere, Canere fata. Manere aliquē, Impendere alicui fatū. Venire, Circūstare aliquos fata. Regi, Gubernari fato. Euenire, Accidere, Fieri omnia fato. Esse alicui fatum. Natus, Seruatus, Compulsus fato quodā. Mutare, Flectere, Cōtemnere fatum. Eripere aliquid è faucibus fati. Conqueri fatum suum. Cōtra, Extra, Præter fatum facere, aut fieri. Tollere prouidentiam. Abesse fatum à rebus.

Fatalis, Confatalis, von Gott geordnet/ oder verhenget. *Adiuncta.*) Tam fatale. Propè fatale aliquid.

Fataliter, Fatò, Auß oder durch Gottes verordnung oder verhengnuß.

NECESSITAS, *Necessitudo*, Nothwendigkeit. *Immutabilitas*, Ohnwandelbare. *Vis & necessitas*, Gewalt.
Adiuncta.) Magna vis, magna necessitas. Summa necessitas, aut

aut necessitudo. Tanta, Probabilis necessitas. Certissima, simplex & absoluta, Satis idonea necessitudo. Honesta, Fatalis, Diuina, Naturæ necessitas. Turpitudinem habens, Crudelis necessitas. *Actiones.*) Timere, Extimescere necessitatem. Vocare ad aliquid necessitatem. Afferre alicui, Obuenire, Proponi, Præscribere necessitatem. Postulare aliquid, Flagitare, Cogere, Detrudere ad aliquid, necessitatem. Incidere in necessitatē. Subijci necessitati. Astringi, Constringi necessitate. Imponere, Imponi necessitatem alicui. Premere aliquem, efficere, Perficere, Fabricari aliquid necessitatem. Habere necessitatem. Esse necessitatem, vel necessitudinem faciendi aliquid. Parere, Obtemperare, Seruire necessitati. Facere, Fieri, Agi aliquid necessitate, vel necessitudine. Excusationem habere necessitatis. Tribuere aliquid necessitati. Culpam facere necessitudinem. Resisti necessitudini non posse. Veniam dare, Subueniri necessitati. Lenire, Mutari necessitudinem. Relaxare se à necessitate. Denegare aliquid necessitati. Improbare, Remouere, Effugere necessitatem.

Necessarius, **Nothwendig.** ***Per necessarius***, **fast Nothwendig.** ***Immutabilis***, **Ohnwādelbar.** ***Coactus, Impulsus etc.*** **Genötiget.** *Vide loco 29.*

Adiuncta) Multa & magna, Duo &c. necessaria. Magis, Maximè, Tàm, Valdè, Vehementissimè, Summè, Tantopere, Minùs, Minimè necessarium aliquid.

Necesse esse, ***Necesse habere***, **Von nöthen sein/ oder haben.** *Opus esse, idem.* *Cogi, Impelli, Moueri &c.* **Genötigt/ oder Bewegt werden.** *loco. 29.*

Adiuncta.) Maximè necesse esse aliquid. Peropus esse. Valde, Vehementer, Magnopere, Nihilomagis opus esse. Eò minùs, Minimè necesse habere, vel esse.

Necessariè, ***Necessariò***, **Nothwendiglich.**

FORTVNA, **das Glücke.** ***Fors***, ***Sors***, *idem*, **oder Glückfall.** ***Casus*** **ein Fall/ Zufall.** ***Temeritas***, ***Alea***, **eyn Ohnuersehen oder Gewagt stück.**

Adiuncta) Magna, Tanta fortūa, casus. Sum̄a Amplissima, Excellens, Præstans, Præcipua, Singularis, Eximia, Egregia fortuna. Præclarus, Gloriosus casus. Diuina sors. Bona, Melior, Optima fortuna, casus. Secunda Prospera)(Aduersa, Dubia fortuna. Propitia)(Infesta. Excitata)(Inclinata fortuna. Optabilis, Apta, Integra)(Afflicta fortuna. Incolumis, Florens, Florentissima)(Spoliata, Durior fortuna. Diuturna, Æquabilis, Perpetua, Stabilis, Mediocris fortuna, casus. Exigua,

Minuta fortuna. Leuior, Rarior, Mirificus, Gladiatorius, Non-opinatus casus. Varia fortuna. Casus varij & incerti, Ancipites & varij. Vaga volubilisq; fortuna. Varietas, Vicissitudo, Rota, Motus, Momentum fortunæ. Instabilis, Volucris, Dubia fortuna, casus. Incertus status fortunæ. Casus, Euentus incerti. Fragilis, Fluxa, Mortalis, Cæca fortuna, vel casus. Temeritas, Inconstantia, Ludibria fortunę. Fatalis fortuna, casus, euentus. Necessarius Voluntarius casus. Mala, Incommoda fortunæ. Pessimus casus. Vitium fortunæ. Indignissima fortuna. Infestus, Iniquissimus casus. Iniuria magna fortunæ. Grauis, Grauior, Grauissima fortuna, casus. Grauis Miserabilisq; casus. Aduersa & funditus euersa fortuna. Casus aduersi. Inclinata & propè iacens, Afflicta perditaq;, Spoliata, Misera. Luctuosissima, Dura, Durior, Crudelis fortuna. Acerbissimus atq; Grauissim⁹, Miserabilis, Calamitosus & Funestus, Tristior, Horribilis, Repentinus casus. Extrema fortuna. Impetus, Tela, Tormenta, Vulnera, Fulmina, Incēdium, Hyems fortunæ. Communis fortuna, casus. Publici, Alieni casus. Eadē, Similis, Par, Dissimilis fortuna vel casus. Propria, Præcipua fortuna. Bellica fortuna vel casus. Vetus, Pristina.)(Noua fortuna, casus.

Actiones.) Valere posse multum, plus, plurimum, fortunam, vel casum. Habere magnā vim, aut potestatem, fort. Situm, Positum esse aliquid in fortunâ, vel casu. Dominari fortunam in re. Regi, Administari, Gubernari res fortunâ vel casu. Videre, Velle, Ferre, Afferre, Offerre, Inuehere, Importare aliquid fortunā vel casum. Adiunctam, Coniunctam alicui esse fortunam. Comite, Duce fortuna, vel casu consequi aliquid. Subuenire alicui, Iuuare, Adjuuare, Seruare aliquem, fortunam. Deducere, Deferre, Afferre, Collocare in statu aliquo, Erigere, Efferre, Restituere in locum, Dare, Largiri, Elargiri aliquid, fortunam, vel casum. Præsidio, Beneficio, Munere, Donis, Ornamentis fortunæ, vel sortis fieri aliquid. Parcere alicui, Reliquum facere aliquid, fortunam. Commutatio fortunæ. Fallere aliquem, Deesse, Infestam alicui esse fortunam. Incurrere in aliquam fortunam, vel casum. Aduersari alicui, Obstare, Reflare alicui, Impedire fortunam, vel casum. Obesse, Mala importare alicui. Premere, Vrgere, Cogere, Inducere, Demittere aliquē in rem. Affligere aliquem, Exercere, Ferire, Deformare. Mulctare. Adimere, Eripere, Auferre aliquid fortunam, vel casum. Optare, Expetere, Concupiscere fortunam, vel casum aliquem, Deprecari, Petere àdeo, Postulare, Sperare, Expectare fortunā, vel casum aliquē. Metuere fortunam. Timere, Reformidare casus aduersos. Pertimescere, Extimescere rotā fortunæ, casum, aut euentum. Terreri fortunæ impetu. Recusare, Fugere fortunam. Vitare casus aliquos. Obijci, Subijci, Proponi fortunæ, vel casibus. Prospicere casus. Ignarum esse casus sui. Paratum, Armatum esse contra fortunam.

Resi-

Resistere fortunæ. Contemnere fortunam, aut casus humanos. Occupare, Capere fortunam. Tentare, Expiri, Excipere, Subire, Suscipere fortunam, vel casum. Committere aliquid fortunæ. Offerri, Sequi, Consequi, Accidere, Incidere, Contingere Interuēire, Euenire, Obuenire, Obtingere fortunā, vel casum. Deuenire, Recidere in fortunā. Esse, Constitutum esse in fortuna, vel casu aliquo. Versari, Viuere in aliqua fortuna. Habere casus aliquos. Vti, Frui, Fungi, fortuna, aut casu aliquo. Præditum, Ornatum, Refertum esse, Abundare muneribus fortunæ. Præstare, Superiorē alijs esse fortunâ. Contentum esse fortunâ. Permanere perpetuò fortunam aliquam. Cadere ex bona fortunâ. Belligerandum esse cum fortuna. Dimicare cum casu. Repugnare, Resistere fortunæ. Superare fortunā, vel ab ea superari, aut vinci. Succumbere, Cedere nulli fortunæ. Frangi fortunâ. Afflictus, Conflictatus, Abiect⁹, Mulctatus à fortuna. Percussus vulnere fortunæ. Ferre fortunā, aut casum fortiter, moderatè, sapienter, grauiter &c. Tolerare fortunam suam. Obsequi, Locū dare fortunæ. Pœnitere, Pudere aliquē suæ fortunę. Queri, Conqueri de fortuna. Tribuere aliquid, Culpā assignare fortunæ. Cogitare, Intueri, Pōderare fortunam alicuius. Moueri, Commoueri fortunâ alicuius. Miserari fortunam. Dolere casum. Lugere, Flere, Deflere, Deplorare, Collachrymare casum. Adesse, Adiuuare aliquē in casu. Consolari, Leuare, Releuare fortunam vel casum. Deserere, Destituere aliquem in fortunâ. Despicere fortunam alicuius. Illudere fortunę. Insectari fortunam miserorum. Exprobrare alicui, aut obijcere casus.

Euentus, Euentum, der Außgang. *Exitus, idem*, das End. *Accidens*, das sich begibt/ oder zuträgt.

Adiuncta.) Bonus, Melior, Prosper, Fortunatus, Secundus)(Aduersus euētus, vel exit⁹. Optabilis, Optatus exit⁹ rei. Incertus, Dubius, Varius euentus, vel exitus. *Mirabilis*, Iucūdus, Lautus exitus. Fatalis euentus, vel exitus. Inopinatus, Improuisus exitus. Humani euentus. Communia euenta. Grauis, *Molest*⁹, Tristis, Amarus, Fœdus, Exitialis &c. exitus. *Actiones.*) Optare exitum aliquem. Videre, Prouidere exitum, vel euentum rerū. Pertimescere, Extimescere, Perhorrescere euentus. vel exitus. Prædicere, Significare euentus. Scire, Cognoscere, Notare euenta, vel euentura. Expectare exitum. Sequi, Consequi euentus, vel exit⁹. Venire, Peruenire rem ad exitum. Appropinquare exit⁹. Accidere euent⁹. Contingere exitus. Procedere ex sententia euentū. Prouehi ad optatos euētus. Habere aliquem exitūrei. Iudicare, Approbare aliquid exitū rei. Ferre fortiter euentū. *Mo*uere aliquem, euentus. Animaduertere, Notare, Probare, Comprobare, Ponderare rem euētis, vel ex euentis. Ignorare, Nescire quid euenturum sit. *Miserari* euentum, fortunamq; alicui⁹.

Fortuitus, Zufällig. *Euenturus*, Zuträglich.

Cadere, *Accidere*, *Incidere*, Fürfallen / sich Begeben / Zutragen. *Fieri*, Geschehen. *Euenire*, Außschlagen. *Obuenire*, Begegnen. *Vsuuenire*, Zuhanden gehen. *Contingere*, *Obtingere*, Widerfahren / Zustehen. *Incurrere*, Einlauffen / Einfallen. *Euadere*, den Außschlag gewinnen.

Adiuncta.) Bene euenire. Belle cadere. Melius cadere, accidere, fieri, euenire. Optimè euenire)(Malè. Præclarè, Præclariùs cadere, accidere. Leuiùs cadere. Percom̃odè cadere, accidere)(Perincom̃odè. Peropportunè, Per quàm venustè cadere. Vt voluimus, & vt optamus, cadere. Insperanti, sed valde optanti cadere. Nihil optati⁹ cadere. Valdè ex voluntate)(Præter, Contra volũtatem, opinionẽ, cogitationẽ cadere, vel accidere. Feliciter euenire. Bene feliciterq; euenire. Prosperè euenire. Faustè, feliciter, prosperèq; euenire. Gratũ, Gratissimum)(Ingratum cadere, aut accidere. Iucundum, Iucundissimum accidere. Honesta & iucunda cadere omnia. Permirum, Minimè mirandum, & maximè iucundum accidere. Incredibiliter cadere. Præter opinionẽ accidere. Verum, vt prædictum est euadere. Certè, Iure euenire. Meritò, Necessariò, Diuinitùs, Humanitùs accidere. Fortuitò cadere, vel accidere. Fortè euenire. Non temerè, nec casu euenire. Fortuna quadam contingere. Sorte euenire, obtingere. Aliter cadere, aut euadere quàm putatum sit. Nimis secus euadere. Contra ac dictum sit euenire. Malè, Iniquè cadere. Iniquè accidere. Nihil turpius, Acerbius, Miserius accidere, vsuvenire. Teterrimè cadere. Non semper euenire, Plerumq; contingere. Sæpe incidere, vsuuenire, contingere. Persæpe accidere, euenire. Raro, Rariùs, Perrarò accidere, incidere)(Quotidie fieri. Nuper vsuuenisse. Nouum accidere.

Fortè, Ohngefärdt. *Forte-fortuna*, *idem*, Ohn alles gefärdt. *Fortuitò*, *Fortuitu*, *idem*. *Casu*, *Temerè*, Zufälliglich / Vnversehenlich.

DE

DE NATVRA ET MOTV.

Locvs III.

NATVRA, die Natur. *Adiuncta.)* Optima natura, rationis & consilij cōpos, sapiens. Præstans æternaq́;, suspicienda admirandaq́;. Optima & præstātissima. Excellens præstansq́;. Eximia prę̨stans & sapiens. Sentiens. Intelligens. Prouida atq; solers. Artificiosa. Diuina. Bonitas, Benignitas naturæ. Blanda, Non infensa atq; inimica hominum generi. Paruo cultu cōtenta. Vis naturę magna, permagna, incredibilis. Necessitas, Cōstantia naturæ. Perfecta in se & ad summum perducta natura. Simplex, Solitaria)(Coniuncta, Connexa natura. Immortalis. Beata & æterna, Sempiterna. Infinita. Obscuritas naturæ. Mirabiliter occulta natura. Imbecilla natura. Fragilitas. Vitia naturæ. Mortalis)(Immortalis natura. Forma naturę pulcherrima, præstantissima. Antiquissima, & rerum omnium princeps natura, Primæ inchoatęq́; naturæ)(Vltimæ perfectæq́;. Cōmunis, Vniuersa natura. *Actiones)* Generatam esse naturam. Regi à deo naturam. Res, quas natura creat, & tuetur. Constituere res, Gignere. Formare. Conformare. Ingenerare. Parere. Mouere. Machinari. Facere. Efficere. Perficere. Expolire. Fingere. Affingere. Fabricari. Coagmentare. Conglutinare. Inchoare. Principia naturæ, Initia, Prima constituta, Inuitamenta, Elementa, Fundamenta. Oriri à natura. Exoriri. Duci à natura. Petere, Repetere, Requirere aliquid à natura. Proficisci à natura. Sustineri, Sustentari aliquid à natura. Regi, Gubernari, Administrari res naturâ. Moderari aliquid, naturam. Dare, Concedere, Comparare, Tribuere, Attribuere, Largiri, Donare aliquid, naturā. Ornare, Parare, Instruere re. Habere aliqd à natura. Nihil esse, Denegatum alicui esse à natura. Bona, aut Cōmoda, Diuitię naturæ. Naturā velle, Desiderare, Appetere, Expetere, Postulare, Exigere, ab aliquo, Pati aliquid. Docere, Instituere, Præscribere, Interdicere, Sancire aliqd. Lex, Regula, Norma, Præscriptio, Ordo naturæ. Insitum aliquid esse, Inesse, Fieri, Euenire naturâ. Iuuare, Adiuuare, Cōciliare aliquid naturam. Procliuem, Pronensum ad aliquid esse naturâ. Impellere, Cogere, Ducere, Deducere, Perducere aliquò, naturā. Duce, Ducente, Magistra naturâ aliquid facere. Sequi naturam ducem. Obsequi, Parere, Obedire, Seruire naturæ. Aptum, Accommodatum, Conueniens aliquid esse naturæ. Congruere, Consentire, Consentaneum aliquid esse naturę. Referri aliquid ad naturam. Secundum naturam esse, aut fieri aliquid. Debitum reddere, Satisfacere naturæ. Explere naturam. Conseruare, Retinere, Non relinquere,

sed tueri, Alere, Augere naturā. Abundare atq; effluere aliquid)(Deesse naturę. Pręter, Cōtra naturam facere, fieri, esse. Repugnare, Aduersari naturæ, vel naturam. Reclamare, Reclamitare naturam rerum. Contendere contra naturam. Obsisti naturę. Vincere naturam. Superare impedimenta naturę. Odisse naturam. Inimicum esse naturę. Accusare naturam. Naturā abhorrere à re, Respuere res, Cedere rei. Denegare aliquid naturę. Negligere naturam. Deprauare. Discedere, Recedere, Desciscere à natura. Dissolutio, Interitus, Extremum naturę.

Naturalis, Natiuus, Natürlich. *Innatus*, Angeborn *Insitus*, Eingepflantzt.

Adiuncta.) Penitus, Naturaliter, Naturà insitus.

Nasci, Innasci &c. infrà eodem loco.

Naturaliter, Natürlicher weise. *Naturâ*, von Natur.

MONSTRVM, eyn Wunder ding / Vnnatürlich ding. *Prodigiū*, eyn Wund'werck *Portentum*, ein Wūderzeychē so etwas künfftigs vordeutet. *Ostentum*, eyn Wūdergesicht. *Signum, Miraculum*, eyn Zeichen / Wunderzeichen.

Adiuncta.) Magnum, Tantum monstrum. Maximum portentum. Grauissimum ostentum. Imanissimum atq; fœdiss. monstrum. Multa monstra, prodigia, portenta. Disiunctum ciuersumq; monstrum. Fatale monstrum, portentū, prodgium. Nouum monstrum. Recentia prodigia. *Actiones.*) Videri aliqd monstrum ac prodigii. Putare, Dicere, Narrare, Nunciare mera monstra. Esse certissimū monstrū. Ostendi aliquid monstris atq; portentis. Denunciari aliquid portētis. Pręsentiri, Notari aliquid portentis. Prædicere, Monere, Præmoneri, Admoneri, Declarare, Significare aliquid prodigijs, portentis, monstris. Portendere, Portendi aliquid ex ostentis. Interpretari monstra, portenta. Interpretes portētorū. Explanationes portentorum. Extimescere portenta. Parere portentis. Conuincere portenta.

Monstrosus, Vnnatürlich / vñ seltzam Gestaltet. *Portentosus*, Wundergestaltet.

Monstrare, Portendere, Ostendere, etwas künfftigs Vordeuten.

Monstrosè, Vnnatürlicher weise.

MOTVS, Motio, Bewegung. *Mobilitas*, Beweglīgkeyt. *Agitatio, Coagitatio*, Erregung. *Pulsus, Impetus*, Trieb.

Adiuncta.)

Adiuncta.) Maximi motus mutationesq; rei. Tāti motus. Mediocritas motus. Leuis motus. Celeres motus. Celerrima mobilitas. Repētinus, Admirabilis, Naturalis, Neceſſarius, Voluntarius, Certus, Æquabilis motus. Æqualitas, Æquabilitas motus. Finiti & æquabiles mot⁹. Aptiſſimus, Cōſentiens motus. Varij, Diſſimiles, Diſpares, Vagi, Soluti motus. Liber & ſolutus motus. Flexi fractiq; motus. Interior motus)(Externus impulſus. Pronus, Obliquus, Supinus, Cōtrarius motus. Trāſuerſa motio. Externus, Aduentitius, Alienus pulſus. Conſtans, Conſtantiſſimus, Ratus motus. Continens motus. Continuata & perennis motio. Sempiternus motus. *Actiones.)* Afferre, Dare, Tribuere motum rei. Præditum eſſe motu. Oriri, Fieri, Eſſe motum. Principium motus duci, habere, eſſe. Moliri, Ciêre motus. Cieri, Agi, Agitari motu. Incitari motus, vel motu. Moueri, Commoueri motu. Celerare motū. Verſari, Circumferri motu. Reciprocare motum. Conficere ſpatium motu. Definire motum. Vti, Vigere motu. Regere, Tueri, Gubernare motum. Retinere motum & curſum. Remanere, Mutari motum. Concidere aliquid labefactatū motu. Liberari, Vacare motu. Finem habere motus.

Mouens, Bewegendt. *Agitans, Ciens, idem*, Erregendt.

Mobilis, Beweglich.

Motus Bewegt. *Agitatus, Concitatus, idem*, Erregt.

Mouere, Bewegen. *Agere, Agitare, Ciere, Concitare, idem*, Erregen. *Pellere, Pulſare*, Treiben.

Adiuncta.) Celeriùs)(Tardiùs moueri. Immoderatè agitari & fluctuare. Immoderatè & fortuitu moueri. Velociſſimè moueri. Naturâ, Vi, Voluntate, Numinedeorum moueri mutariq;. Per ſe, ſua ſponte)(Pulſu externo mutari, aut agitari. Facilius pluma, aut folio moueri. Facilimè pelli. Solutè ac liberè moueri. Variè moueri. Conſtanter atque placidè moueri. Cum venuſtate moueri. Deorſum moueri & ferri. Extrinſecus pelli. Pulſu externo agitari. Semper moueri, agitari. Sine ulla intermiſſione pulſari agitariq;.

Mobiliter, Beweglichen.

QVIES, Ruhe / Muß. *Ceſſatio*, Auffhörung. *Status, Institio*, Stillſtandt. *Tranquillitas, Ocium, &c.* L. 47.

Adiuncta.) Nihil melius ceſſatione. Sempiterna quies. *Actiones.)* Torpere ceſſatione. Notare inſtitiones ſtellarum &c.

Quietus, Rühig / Müßig. *Immobilis*, Vnbeweglich. *Stās* / Stillſtehend. *Tranquillus, Ocioſus. &c.* L. 47.

Quieſcere, Ruhen / Müſig ſein /

ſein *Acquieſcere*, *Conquieſcere etc.L.47.Conſidere*, ſich Setzẽ/ Niderlaſſen. *Quietè*, *Tranquillè*, Rügiglich.

GENERATIO, Geburt/ *Procreatio*, Schaffung. *Ortus*, *Origo*, der Vrſprung/ dz Herkommen. *Principium*, *Initium*, der Anfang. *Fons*, der Brunn/ die Quell. *Natura*, *ſuprà eodem Loco*.

Adiuncta) Idem omnium ortus. Primus ortus omnib' vnus, isq; moderatus atque conſtans, nec ab vllo imminutus. Diſſimiles procreationes. Teneritas & mollities in primo ortu. Diuinus ortus & progenies. Naturalia, vel Naturæ principia, initia. Grauior et verior ortus. Humilis & minimè generoſus ortus rei. *Actiones*.) Generari ortu aliquo. Reperiri, Inveniri originem. Explicare originem. Repetere ortum rei à fonte. Procreari ortum rei. Originẽ non eſſe principij. Naſci, Gigni principium nõ aliunde. Oriri omnia à principio. Ortum non habere. Moderari ortum. Abeſſe propius ab ortu, & progenie diuina.

Generator, *Genitor*, *Gignens*, eyn Gebårer. *Genitrix*, eyn Gebårerin. *Procreator*, eyn Schöpffer/ *Procreatrix*, eyn Schöpfferin. *Effector* eyn Macher *Pater*, *Parens*, *Artifex*, *Opifex*, *Fabricator*, *Aedificator &c. v. Deus Loco 1.*

Adiuncta) Optimus & præſtantiſſimus genitor. *Actiones*) Procreari aliquid à genitore. Noſſe generatorem ſuum.

Generatus, Gebohren. *Ingeneratus*, *Ingenitus*, Angeborn. *Oriens*, *Ortus*, *Exortus*, Auffgehẽd/ Herkommen. Entſprungen. *Factus*, Gemacht. *Naſcens*, *Natus*, Wachſend/ Geborẽ/ Gewachſen. *Innatus*, *Inſitus*, *Editus*, Eingeborẽ Herfür gebracht. *Procreatus*, geſchaffen. *&c. Loco 24.*

Generare, *Gignere*, Gebåren. *Ingenerare Ingignere*, Ein oder Angebåhren. *Oriri*, *Cooriri*, *Exoriri*, *Oboriri*, Entſtehẽ/ Entſpringen. *Creare*, *Procreare*, Schaffen/ Erſchaffen. *Facere*, Machen. *Fieri*, Werden. *Parere* Gebåhren. *Naſci*, *Enaſci*, Geboren werden/ Wachſen. *Innaſci*, Einwachſen. *Renaſci*, widerumb Geborẽ werden. *Edere*. An

Tag

Tag oder ans Liecht geben. V. & L. 24. & 30.

Adiuncta) Deorum satu orti. Ex ijsdem radicibus nasci. A se, & sua sponte nasci. Facilimè innasci. Fortuitò, Necessariò, Repentè, Subitò, Ex tempore nasci. Semel, Post oriri. Modò primũ que nascens. Quotidie oriri.

CORRVPTIO, *Corruptela*, Verderbung/Verwüstũg. *Depravatio, Deperditio, idẽ*, Schåndung/Verkehrũg. *Interitus*, Vndergang. *Caries, Situs, Putredo*, Schimmel/Fåule.

Adiuncta.) Tanta corruptela. Vniuersus interitus. *Actiones.)* Afferre interitum. Conficere interitus atque obitus. Venire, Fieri interitum. Deprauari corruptelâ.

Corruptor, eyn Verderber/Verwüster. *Corruptrix*, eyn Verderberin.

Corruptus, Verderbt/Verwũst. *Deprauatus, Vitiosus, idem. Putridus, Rancidus*, Schimlig.

Corrumpere, Verderben/Verwüsten. *Deprauare*, Schånden. *Perdere, Deperdere*, Verderbẽ. *Perire, Deperire*, Vntergehen. *Interire, Intercidere, idem*, Zu grund gehen. *Consenescere*, Veralten. *Putrescere*, Verfaulen. *Debilitari, Deficere*, Abnemmen.

Adiuncta.) Omnia omnino interire. Nihil, aut Paullulum interire. Nullo modo deprauari. Facilè corrumpi. Vnà interire omnia Funditus interire. Humi)(Sublime putrescere. Subitò interire. Quotidie interire.

Corruptè, Verderblicher weise.

AVCTVS, Augmentum, Zunemũng. *Accretio*, Auffwachsung. *Incrementũ*, Zunemũng. *Amplificatio*, Merung. *Accessio, Additamentum*, Zugang/Zuthuung.

Adiuncta. Magna, Permagna, Maxima, Tanta, Quanta accessio. Paruæ & exiguæ accessiones. Non ita probabilis accessio. *Actiones.)* Afferre accessionem, incrementum. Adiungere, Facere, Fieri, Esse, Habere accessionem. Vti accessione. Non cerni accessiones. Liberare aliquem accessione.

Augens, Mehrendt. *Amplificator*, eyn Mehrer.

Augescens, sich Mehrendt/Zunemmendt. *Crescens* Wachsendt. *Auctus*, Gemehrt. *Additus, Adiunctus*, Hinzu-

Hinzugethan. *Adultus*, Erwachsen.

Augere, Mehren. *Adaugere*, fast mehren. *Augescere*, *Adaugescere*, Zunemmen. *Amplificare*, Groß oder weit machen. *Addere*, Zuhinthũ. *Accedere*, Zugehn. *Crescere*, *Accrescere*, Wachsen / zulegen. *Adolescere*, *Pubescere*, zeitig werden.

Adiuncta.) Maximè, Magno cumulo augere. Tantũ accedere. Vehemẽter, Nimis, Cumulatiùs augere. Sic amplificari, vt nihil addi posse videatur. Nihil, aut multum ad summam accedere posse. Aliquid, atq; adeò multũ addere. Plus addi. Satis crescere rem. Præter modum crescere. Minutatim, aut gradatim addi aliquid. Nõnihil adiungere. Subitò accrescere. Sẽsim adolescere.

DIMINVTIO, *Imminutio*, Minderung / Abnem̃ung. *Defectio*, *Defectus*, *Decessio*, Mangel / Abgang. *Detractio*, Abzug / Einziehung. *Remissio*, Nachlassung. *Attenuatio*, Schmälerung. *Consumptio*, Verzehrung. *Confectio*, Zertreibung. *Senium*, Veraltung.

Adiuncta.) Tanta diminutio. *Actiones.)* Metuere, Effici defectionem. Facere, Fieri decessionem, vel diminutionẽ. Mulctari diminutione pecuniæ. Fugere prauitatẽ diminutionemq; corporis.

Consumptor, *Confector*, eyn Verzehrer. *Confectrix*, eyn Verzehrerin.

Diminutus, *Imminutus*, Gemindert. *Deficiens*, Abnemmendt. *Attenuatus*, Geschmählert. *Consumptus*, *Contritus*, Verzehrt / Zerriben. *Exhaustus*, *Exinanitus*, Erschöpfft / Gelährt. *Adesus*, Verzehrt.

Adiunct.) Nimis attenuatus.

Minuere, *Deminuere*, *Diminuere*, *Imminuere*, Minderen / Ringeren. *Deficere*, Manglen / Bresten. *Decedere*, Abgehen. *Decrescere*, Abnemmen / Schwinden. *Remittere*, Nachlassen. *Attenuare*, Schmähleren. *Terere*, *Conterere*, Verschliessen / Zerreiben. *Absumere*, *Consumere*, Verzehren. *Conficere*, Auffreiben. *Eximere* *Exhaurire*, *Exinanire*, Außnemmen / Er-

Erſchöpffen / Außlehren. *Adedere*, *Exedere*, Verzehrẽ / Auffeſſen. *Cõtabeſcere*, *Extabeſcere*, Verſchwindẽ.

Adiuncta.) Multum, Plurimum, Aliquantũ temporis, operę &c. conſumere. Permultũ diminui ex re. Tantum, Quantum diminui. Nimis attenuari. Aliquantum remittere. Paullulum attenuari. Quàm minimum imminuere. Statim conſumi. Senſim minuere. Citiùs deficere. Iampridẽ)(Nuper deficere cæpiſſe.

MVTATIO, *Commutatio*, *Immutatio*, *Permutatio*, Aenderung / Veränderung. *Mutabilitas*, *idem*, Wandelbare. *Motus*, Bewegnus. *Conuerſio*, Verkehrung. *Viciſsitudo*, Abwächßlung. *Varietas*, *idem*, Mannichfaltigkeyt. *Inclinatio*, Neygung.

Adiuncta.) Magna, Maxima mutatio, permutatio, inclinatio. Tanta mutatio, cõmutatio, viciſſitudo, motus. Parua inclinatio. Minutæ mutationes. Crebra mutatio. Variæ, Innumerabiles mutationes. Naturales conuerſiones. Repentina inclinatio voluntatũ. Miſera, & in breui tàm celeris commutatio Reip. Annuę cõmutationes. Diurnæ, Nocturnæq;, Anniuerſariæ viciſſitudines. *Actiones.*) Cupidus mutationis rerũ. Spes mutationis. Moliri motus, mutationesque. Afferre alicui commutationem voluntatis. Impendere permutationẽ. Ciere & agitare omnia motibus & mutationibus. Facere, fieri mutationẽ, commutationem, inclinationem. Habere mutationem. Verſari in tanta conuerſione rerũ ac perturbatione. Incumbere in aliquem, inclinationẽ temporum. Conſeruare viciſſitudinem. Diſtinguere viciſſitudinem laboris ac voluptatis.

Mutabilis, *Commutabilis*, Veränderlich / Wandelbar. *Varius*, Manigfaltig.

Mutatus, *Immutatus*, *Permutatus*, Verändert / Verwandlet. *Conuerſus*, Verkehrt. *Inclinatus*, Geneygt.

Mutare, *Commutare*, *Immutare*, *Permutare*, Aendern / Verändern. *Mouere*, Bewegen / Verſetzen. *Vertere*, *Conuertere*, Verkehren. *Variare*, Verwandlen.

Adiuncta.) Valde mutari. Paullũ immutare. Facilè, Tam repentè Crebro, Sæpe mutare.

Immutabilis, Vnveränderlich / Vnwandelbar. *Stabilis*, Beſtändig.

DE LOCO, EIVSQVE DIFFERENTIIS.

LOCVS IIII.

LOCVS, ein Ort.

Adiuncta.) Multi, Illustres, explicati loci. Primus, Postremus, Tertius locus. Opportunus locus, Aptus ad rem, Idoneus. Amœnus, Salubris. Sanctus, Religiosissimus. Excelsus. Clarus. Ab omni turbá vacuus. Quietis & tranquillitatis plenissimus. Inuidiosus, & plenus latronum. *Maritimus*)(Remotus à mari. Planus)(Montuosus. Leuis)(Asper. Salubris)(Pestilens. Opacus)(Apricus. Cultus)(Incultus. Celebris)(Desertus. Coędificatus)(Vastus. Obscurus)(Nobilitatus. Cōsecratus)(Profanus. Publicus)(Priuatus. Gladiatorius. Cælestis. Superior, Medius, Inferior. Præceps. Longinquus. Reconditus locus. *Actiones*) Quærere. Circumscribi, Dare, Dari. Esse locum. Moueri loco. Transferri in alium locum. Venire, Conuenire, Recurrere in locum. Occupare, Incolere, Opacari locum.

Locatus, An ein Ort geordenet.

Locare, Ordenen/ Setzen.

CONTINVATIO, *Coniunctio*, Anhängung. *Cohærentia*, Ohnablässiger Anhang.

Adiuncta) Mirabilis continuatio seriesque rerum. Immutabilis continuatio.

Continuatus, Anhangend. *Continens*, *Cohærens*, *idem*, *Annexus*, *Connexus*, Angeknüpfft. *Contiguus*, Anrührend/ Anstossend. *Iunctus*, *Adiunctus*, *Coniunctus*, Angefügt

Continuare, Anhängen. *Iungere*, *Adiungere*, *Coniungere*, Anfügē/Zufügen. *Annectere*, *Connectere*, Anhefften/Anknüpffen. *Cohærere*, *Cohærescere*, Anhangen. *Contingere*, Anrüren.

DISIVNCTIO, Trennung/ Absönderung. *Discrimen*, *Distantia*, *Interuallum*, Vnterscheydt. *Spatium*, *Intercapedo*, *Interstitium*, die Weite oder Begriff darzwischen. *Interpositus*, Zwischensatz.

Adiuncta.) Satis longum interuallum. Tanta, Quanta disiunctio, distantia, interuallum. Immensum spatium. Infinita & immensa interualla. Duplum, Triplum, Sesquialterum, Sesquitertium, Sesquioctauum interuallum. *Modicum* interuallum.

Adiuncta.) Magni, Maximi, Assidui imbres. Lapideus, Sanguineus, & Lapidum, Sanguinis, Lactis imber. Impendentes imbres. *Actiones.*) Metuere pluuias. Præsentire imbres impendentes. Cogi imbres in cœlo. Augere terram imbribus. Defluere,

Esse

Esse, Habere imbrem. Tenere aliquem, imbres. Cito transire imbrem.

Pluuius, Rägericht. *Nimbosus*, Vngewitterlich. *Pluere*, Rägnen.

SERENITAS, Schön Wätter. *Tranquillitas*, *Tranquillum*, Stille des Wätters. *Sudum*, Hellwätter. *Serenum cœlum*, *Purus aër*, *Serena tempestas*.

Actiones.) Aucupari tranquillitatem. Esse serenitatem, vel sudum.

Serenus, Schön/ Hell. *Tranquillus*, Still.

TEMPESTAS, das Wätter / Gewitter / *item* Vngewitter. *Hyems*, *idem*, Winterisch Wätter. *Perturbatio cœli*, Vngestüm Wätter.

Adiuncta.) Magna, Maxima tempestas: Magnitudo tempestatis. Tanta, Quanta tempestas, vel procella. Vis tempestatis. Bona, Certa, Idonea, Serena, Egregia tempestas. Incertissimæ res, venti, tempestatesq;. Aduersa, Immoderata, Perfrigida, Violentissima, Turbida, Turbulenta, Turbulentissima tempestas. Perturbationes tempestatum. Horribilis, Tetra, Spurcissima, Calamitosa tempestas. Calamitas, Periculum tempestatis. Impendens, Futura, Prouisa, Subita, Repentina tempestas. *Actiones.*) Optare, Coniicere, Perspicere, Prouidere, Intueri tempestatem impendentem. Impendere, Excitari, Commoueri, Cooriri subitò, Venire, Euenire, Esse tempestatem. Peruadere per loca tempestatem. Morari aliquem, tempestatem. Retineri tempestatibus. Prohiberi opere tempestatis causa. Terrere nauigantes, tempestatem. Perterreri, Percelli tempestate. Cedere tempestati. Vitare, Declinare, Fugere, Effugere tẽpestate, Profugere è periculis tẽpestatum. Subire tempestatem. Offerre, Tradere, Committere se, Obsequi tempestati. Ferre, Sustinere tempestatem. Iactari, Abripi, Reiici, Deiici, Aliquò coniici, vel Deferri tempestate. Nocere, tempestatem. Interire, Euerti, Peruerti aliquid tempestate. Subvenire tempestati. Remedium comparare contra vim tempestatum. Sedari tempestatem. Permutatio, Moderatio, Conuersio tempestatum. Vacare tempestatis calamitate.

DE AQVA, ET PARTIBVS EIVS COMMVNIBVS.
Locvs VIII.

AQVA, das Wasser. *Aquula*, eyn Wässerlin. *Vnda*, eyn Fluth. *Humor*, *Liquor*, *Mador*, Feuchte. *L. 25.*

Adiuncta.) Tanti humores. Vber, Vberior, Profluens, Perennis, Iugis aqua. Conclusa aqua, Seclusa aquula. Perlucidi liquores. Nigra, Turbida, Inquinata cadaueribus, Dulcis, Marina, Calida, Feruens, Gelida aqua. Mollis, *Marinus*, Terrenus, Extenuatus humor. Pluuiæ aquæ. Summa aqua)(Profundum. *Actiones.*) Oriri aquam ex aëre. Allabi aquam extrinsecus. Ducere aquam bellè fluentem. Deducere, Colligere aquam. Ductus, Deductio, Inductio aquarum. Fluere, Profluere, Inundare terram, Hauriri, Exhauriri, Trahi ex puteis aquam. Ferre, Fundere, Profundere, Perfundere, Aspergere aquam, vel humorem. Aspersio, Effusio aquæ. Madidus aquâ Conglaciare frigoribus, Concrescere, Liquefieri, Dilabi, Diffundere se, Efferuescere aquam. Durescere humorem frigore, Tepefactum tabescere, Extenuari. Vti aqua. Bibere aquam. Mergi, Demergi in aquam. Emergere ex aqua. Arcere aquã pluuiam. Prohibere aquam profluentem. Interdici alicui aquâ. Adimere aquam. Perire in aquâ. Absumi aqua. Corrumpi aquam. Exhauriri aquam. Amitti, Consumi humorem. Vacare humore.

Aquarius, *Aquatilis*, Zum Wasser gehörig. *Humidus*, *Liquidus*, *Madens*, Feucht/ *L. 25.*

MARE, das Mör. *Salum*, *Altum*, *Pelagus*, *Oceanus*, dz hohe grosse Mör. *Aequor*, das stille Mör. *Fretum*, eyn Enge deß Mörs.

Adiuncta) Magnum mare. Tanta vis & magnitudo maris. Immensum, Profundum, Vastissimum, Latum mare. Longus Oceanus. Angustum mare. Perangustum fretum. Purpureum, Cœruleum mare. Tempestiuũ ad nauigandum, Tranquillum, Planum, Tutum, Clausum, Inflatum, Periculosum mare. Feruor Oceani. Fremitus murmurantis maris. Tempestas maris. Ventis agitata maria. Infestum mare. Tam ærumnosum salum. Superum, Inferum mare. Medium fretum &c. *Actiones*) Conglobari æqualiter mare, neq; redundare, neq; effundi. Influere in amnes, Efferuescere æstu, accedere, recedere mare. Tenere mare. Vti, Nauigare, Vehi, mari vel salo. Transmittere,

tere, Transire, Transuehi, Peragrare mare. Ventis subijci, Agitari, Turbari, Tumescere, Inhorrescere, Commoueri mare. Feruere æstu pelagus. Fluctuari salo. Iactari in alto. Iacere, Abijcere, Proijcere aliquid in mare, vel profundum. Mergere se in mare. Emergere ex alto. Esse in profundo. Deferri in mare. Perire in mari. Obsideri, claudi maria.

Marinus, *Maritimus*, zum Mör gehörig. *Transmarinus*, Vber Mör.

FLVMEN, *Fluuius*, eyn Fluß *Profluens*, *Amnis*, eyn Fürflissend Wasser/Bach. *Torrens*, eyn Giessen/ Waldwasser. *Riuus*, *Riuulus*, eyn Runß/ Rünßlin.

Adiuncta) Magnũ, Max. Ingens, Vehemens flumen, fluuius. Magnitudo, Vis fluminis. Nobilis amnis. Summa amœnitas, Opportunitas fluminis. Gelidum, Frigidum flumen. Perlucidi liquores amnium. Profluens, Præcipitans, Incitatus)(Sedatus amnis. Strepitus fluminum. Sanguine atratus fluuius. Publicum, Propinquum flumen. *Actiones*) Duci fluuium. Ductus aquarum. Deriuationes fluminum. Riuos duci à fonte. Deductio riuorum. Erumpere, Fluere, Influere, Ferri fluuium, flumen, vel amnem. Findi, Diuidi in partes fluuium. Alluere, Dilabi, Confluere, Præcipitare, fluuium. Accrescere flumen. Obstare, impedimento alicui esse fluminis magnitudinem. Irrigare, Fertilem facere regionem, fluuium. Consectari riuulos. Demittere in flumen, equum &c. Dilabi in flumen. Circumfundi fluminibus. Deijcere, Deijci in flumen, vel profluentem. Deferri in profluentem. Immergi in flumen. Inuehi flumine. Emergere è flumine. Arcere, Dirigere, Auertere flumina. Exarescere, in alium cursum cõtorqueri, & deflecti amnes.

Fluuiatilis, Inn fliessenden Wassern wohnend.

FLVCTVS, Wasserwällen. *Vnda*, eyn Fluth. *suprà*. *Aestus*, Wallung/ Ablauff vnnd Anlauff deß Mörs. *Feruor*, Vngestümigkeyt deß Mörs.

Adiuncta) Magni, Maximi, Tanti fluctus. Tantæ & tam variæ agitationes fluctuum. Placati fluctus. Rapax vnda. Præsentes fluctus. *Marini*, Maritimi æstus accedentes, recedentes. *Actiones*) Excitare, Commouere, Commoueri fluctus, vel æstus maritimos. Motus & agitatio fluctuum. Feruere, Efferuescere æstu pelagus. Conferre se in fluctus, è portu. Cõmitere se hyemi, fluctibusq;. Allui, Circumiri fluctibus. Abripere, Abstrahere aliquem, fluctus. Iactari fluctibus, Fluctuare. Obrui, Operiri fluctibus. Dimicare cum fluctibus, Ferre fluctum. Oppositæ

posite moles fluctibus. *Eijci*, Alludere, fluctus. Frange fluctum. Vti placatis fluctibus, vel sedatis. Fugere fluctus. Fessum fluctibus recreare. *Emergere* è fluctu.

Fluctuans, *Fluitans*, *Vndans*, *Feruens*, Wallend.

Fluctuare, Wällen geben / *Fluitare*, Fliessen. *Feruere*, *Efferuescere*, Wallen, Auffwallen.

FLVXIO, Fliessung. *Alluuio*, Anstoß deß Wassers. *Circumluuio*, Umbfliessung. *Cursus*, Lauff des Wassers. *Lapsus*, Wasserfall.

Fluens, Fliessendt. *Profluens*, Fürfliessendt. *Diffluens*, *Effluens*, voneynander fliessendt. *Perfluens*, Durchfliessendt. *Confluens*, Zusammen fliessendt. *Influens*, Einfliessendt. *Manans*, Einspringendt.

Fluere, Fliessen. *Profluere*, *Defluere*, *Præterfluere*, dahin oder Abfliessen. *Affluere*, *Confluere*, Zuhin fliessen. *Influere*, Einfliessen. *Alluere*, Anfliessen. *Labi*, *Allabi*, Lauffen / Fallen. *Illabi*, Einlauffen. *Manare*, Entspringen / Rinnen. *Dimanare*, *Emanare*, *Permanare*, dahin Rinnen / Zerfliessen.

Adiuncta.) Longè lateq; fluere. Latius, Latissimè manare. Rapidè dilabi. Citò confluere, Continenter labi & fluere. Sensim illabi. Extrinsecus allabi.

OS, *Ostium*, der Eingang eynes Flusses. *Aditus*, *Introitus*, *idem*. *Exitus*, der Außfluß. *Emissarium*, der Ablauff.

Adiuncta.) Maritimi exitus.

Actiones.) Habere, Claudere exitus.

ELVVIES, *Eluvio*, eyn Verschwämmung / Gewässer. *Proluuies*, *Colluuies*, *Colluuio*, Zusammen geloffener Wust. *Diluuium*, *Diluuies*, *Inundatio*, *Exundatio*, Ubergiessung / Wasserflut.

Adiuncta.) Mira proluuies. Magna vis aquæ. Tanta colluuio.

Actiones.) Perspici futuram colluuiem. Accidere eluuiones.

Effluens, *Diffluens*, Außrinnendt

nendt. *Effluere, Diffluere,* Außrinnen / Zerfliessen. *Inundare*, Vberschwämmen.

LACVS, *Stagnum*, eyn See / oder Weier. *Palus, Lacuna*, eyn Pfitz / Lach. *Piscina*, eyn Fischweier.

Adiuncta.) Plurimi lacus. Angustia paludis. *Actiones.)* Emere paludes. Explere lacunam. Crescere, Redundare, in mare fluere, lacum. Emissum lacum, lapsu & cursu suo ad mare profluere. Educi, ad mare peruenire lacum. Exceptare de piscina barbatos. Deijcere in piscinam. Demergi in palude. Siccare paludes.

GVRGES, eyn Würbel. *Vorago*, eyn Kessel im Wasser. *Abyssus*, eyn Abgrundt.

Adiuncta.) Immensa vorago, aut gurges. Immanis, Vorax Charybdis. Rapidus gurges. *Actiones.)* Redundare gurgitibus. Haurire, Absorbere res, Charybdin. Submersum voraginibus non extare.

FONS, eyn Brunn. *Puteus*, eyn Schöpffbrunn. *Scaturigo, Scatebra*, eyn Brunnquell. *Salientes*, Springende Wasserröhr.

Adiuncta.) Maximi fontes. Incredibili magnitudine fons. Iugis puteus. Vberrimi, Reconditi, Abditi fontes. Gelidę perẽnitates fontium. *Actiones.)* Demonstrare, Aperire, Consectari, Patere fontes. Fluere, Defluere, Profluere, Manare, Emanare aliquid è fontibus. Haurire, Hauriri è puteo, vel fonte. Trahi aquam ex puteis. Claudi, Sitire fontes.

Scatere, Scaturire, Quellen.

AQVAEDVCTVS, Wasserleytung. *Deriuatio*, Ableytung. *Alueus*, eyn Wassergraben / Runse. *Canalis*, eyn Kändel / Nach. *Fistula, Tubus*, eyn Teuchel.

Ducere, Deducere, Deriuare &c. aquam. v. Aqua.

AQVATIO, Wasserschöpffung / Träncke. *Haustus*, Schöpffung.

Haurire, Schöpffen. *Exhaurire*, Erschöpffen / Außschöpffen.

FVSIO, Giessung. *Effusio, Diffusio, Transfusio*, Vergiessung / Außgiessung. *Infusio*, Eingiessung. *Aspersio, Respersio*, Anspritzung.

Adiuncta.) Fortuita aspersio. Sumptuosa respersio.

Fusus,

Fusus, *Diffusus*, Vergossen. *Perfusus*, *Circumfusus*, *Suffusus*, Begossen/Umbgossen. *Infusus*, Eingegossen. *Aspersus*, *Respersus*, Besprützt

Adiuncta.) Longè lateq; diffusus.

Fundere, Giessen/Schütten. *Profundere*, *Diffundere*, *Effundere*, Vergiessen/Außschütten. *Offundere*, *Perfundere*, *Circumfundere*, Begiessen. *Infundere*, Eingiessen. *Aspergere*, *Conspergere*, *Respergere*, Ansprützen.

Adiuncta.) Longè lateq; diffundere. Latissimè fundi. Temerè aspergere.

RIGATIO, *Irrigatio*, Wässerung.

Rigare, *Irrigare*, Wässeren/Befeuchten.

GVTTA, *Stilla*, eyn Tropff.

Actiones) Cadentes guttæ interuallis distinguuntur. Excidere guttas. Interire stillam.

Stillare, Tropffen. *Instillare*, Ein/ oder Aufftropffen.

SPVMA, der Schaum.

Spumeus, Schaumecht.

Spumare, Schaumen.

BVLLA, eyn Wasserblater/ Wasserblaaß. *Bullula*, eyn Wasserbläßlin.

DE AQVAE PARTIBVS PROprijs Loco, IX. in Maiore opere.

DE TERRA, ET PARTIBVS EIVS NATVRALIBVS.

Locvs X.

TERRA

TERRA, das Erdrich. *Orbis, & Orbis terræ*, der Welt od' Erdrichs Kreys. *Solum, Humus*, das Landt/ der Boden.

Adiuncta.) Solem multis partibus maiorem esse atq; ampliorem quàm vniuersa terra. Magnitudo terræ. Amplissimus orbis terræ. Parua, Angusta terra. Tota, Cuncta, Vniuersa terra. Pars, Regio, Cingulum terræ. Vis, Natura, Vtilitas terræ. Fœcundior terra. Fœcunditas, Pulchritudo, Situs, Forma, Circumscriptio terræ. Cultæ notæq; terræ. Subacta atq; pura humus. Charum patriæ solum. Fœderatum atq; pacatum solū. Densa, Crassa, Aspera, Horrida terra. Incultum, Derelictum, Exile & macrum solum. Immunda humus, lutulenta vino, spinis cooperta &c. Succus, Vapores, Exhalationes, Exspirationes, Anhelitus terræ. Fremitus, Mugitus, Motus, Vmbra terræ. Media, In medio mundi sita vel locata, Solida, Globosa, Vestita floribus, herbis, arboribus &c. *Actiones*) Effici, Gigni terram. Subigere, Subiungere, Gubernare, Regere orbem terrarum. Presidere orbi terrarum. Parére, Obedire alicui terram, vel orbē terrarum. Partiri orbem terr. Demigrare in terras. Vagari per orbem terr. Peragrare orbem terr. Mutare solum. Collocari in terra. Possidere, Habitare, Incolere terram. Arari terram: Aratro perstringi solū. Subigere, Subigi, A sole percoqui terram. Serere in solo. Obseri terram. Ad concipiendas fruges patefacere, comprimere, relaxare, mitigare, torrere terras. Mollitam & subactam terram semen sparsum excipere, diffundere, elicere herbas. Fœtam frugibus, maxima largitate fundere. Gignere, Generare, Parere, Procreare, Reddere res varias. Nasci, Edi, Oriri, Exoriri, Esse res è terra. Inhærere terræ. Florere terram)(Horrere. Ali res à terra: Terra altrix nostra. Fruges ferre, cibos suppeditare, Alere & augere res. Frui terra. Tueri terram. Salutem afferre orbi terrarum. Augere terram imbribus. Stare, Consistere, Non moueri terrā. Residere, Discedere terram: Hiatus terræ. Vastare orbem terræ. Efferari terram. Ardere bello orbem terr. Perturbatio orbis terrarum. Præcludere alicui orbem terr. Adimere alicui terrā. Tollere de terra. Vertere solum. Violari, Labefactari terram. Cōcidere, Conflagrare terram. Exitium orbis terr.

Terrenus, Terrestris, Irdisch/ von der Erden.

Terrà, Vff der Erden/ Zu Landt. *Humi*, vff dem Boden.

CONTINENS, das aneynander Hangend Erdtrich. *Meditullium*, Mittellandt. *Locus remotus à mari*)(*Maritimus*.

D Medi-

Mediterraneus, Mittellåndisch.

Adiuncta.) Maximè mediterraneus.

INSVLA, eyn Insel. *Peninsula*, eyn Halbe Insel.

Adiuncta.) Magna, Parua insula. Multitudo & varietas insularũ. Fructuosa, Amœna, Tenera, Inculta, Tenuis, Procul in mari posita, Referta diuitijs insula. *Actiones.*) Commeare in insulam. Incolere, Deserere insulam.

SCOPVLVS, eyn Füraußgehender Felß.

Actiones.) Appellere, Offendere, ad scopulos, nauigantem. Incidere in scopulos. Superare scopulos. Emergere è vadis, & scopulos præteruehere.

Vadum, eyn Furth durchs Wasser.

LITTVS, eyn Gestad/ Vfer. *Ripa, Ripula, idem*, dz Land oder Bort an eynem Wasser. *Sinus*, eyn Meerschoß.

Actiones) Duo sinus. Viridis & opaca ripa. Amœnitates orarum & littorum. Desertum, Publicum, Commune littus. Aduersa, Contraria ripa. Maritimi sinus. *Actiones.*) Sinum inflecti. Constituere aliquid in littore. Inambulare in ripa. Ascendere ripam aduersam. Applicare se naui ad ripam. Transmittere, Obsidere sinum. Extra ripas diffluere fluuium.

PORTVS, eyn Mörhaff. *Statio*, eyn Schifflånde.

Adiuncta.) Celeberrimus & plenissimus nauium, Tutus, & clausus, Tutissimus, Munitissimus, Melior, Propior portus. Portus, statio quæ extra vrbem est. Aditus, Ostium, Introitus, Exitus, Cornu portus. *Actiones.*) Fieri manu, Cingi, Ornari vrbem portu. Habere portum. Nauigare in portu. Egredi, Soluere, Conferre se è portu, in fluctus. Fugere omnes portus. Videre, Conspicere, Petere portum. Conferre se, Confugere, Recipere se, De[f]erri, Conijcere se, Accedere, Venire in portum. Potiri portu. Tradere se in portum. Cogere nauim, Inuehi, Penetrare in portum. Tenere portum. Aperiri, Patere, Claudi portum. Prohiberi portum. Reijci à portu. Defendere, Diripi, Tollip ortum. Carere portubus.

MONS, eyn Berg. *Promontorium*, eyn Gebirg das sich ins Mör hinauß strecket. *Rupes, Scopulꝰ*, eyn Schroff oder Felß. *Collis*, eyn Bühel. *Cliuus*, eyn Reyn. *Accliuitas*, eyn Gåch ort. *Tumulus*, eyn Bühelin. *Grumus, Grumulus*, eyn Grund håufflin.

Adiuncta.) Altissimus mons. Altitudo montis. Excelsi colles. Excellens tumulus. Editus, mons. Vertex, Radices Extrema quasi puppis mõtis, Nitidissimi, Viri-

Viridissimiq; colles. Syluestres, Niuales tumuli. Patrius, Sacer mons. Vestiti atq; syluestres montes. *Actiones.*) Transire, Peragrare, Occupare, Obtinere montem. Tenere promontoria, aut prærupta saxa. Collocare aliquos in cliuo. Statuere aliquid super terræ tumulum. Considere in mõte, armatos &c. Frui montibus. Tueri se montibus. Defendi montium altitudine. Deijcere aliquos de colle. Residere montes. Auelli aliquid ex monte.

Montãus, Montosꝰ, Bergicht *Accliuis, Præceps*, Gäch.

Adiun.) Valdè accliuis viæ pars.

VERTEX, der Spitz eyns Bergs. *Iugum, Cacumen, Supercilium montis, idem.*

DORSVM montis, der Rucke oder Grat des Bergs.

RADICES montis, das vnderst theyl des Bergs.

VALLIS, Conuallis, eyn Thal. *Planities, Aequor*, eyn Ebene, *Campus*, eyn Feldt.

Adiuncta) Magnus, Tantus, Ingens, Im̃ensus, cãpus. Immensitates camporũ. Patentia æquora camporũ. Æquata planities agri. Frugifera spatia camporum. Opimi atq; vberes campi. Nitidissimi, viridissimiq; campi)(Vastati ac deserti. Obsitus campus)(Deformis atq; horridus. *Actiones.*) Habitare in campis. Frui campis. Obseri, Vastari ac deseri campum.

Planus, Aequus, Aequalis, Ebẽ. *Campester, & Cãpestris*, Zum Ebenẽ Feld gehörig.

ANGVSTIAE, eyn Enge. *Fauces, Claustrum*, eyn Clausse / Beschlossen ort.

Actiones.) Patefieri fauces. Penetrare per angustias.

Angustus, Eng.

ANGVLVS, eyn Winckel. *Recessus, Secessus*, eyn Schlupff. *Solitudo*, eyn Eynöde. *Latebra, Latibulum, Abditum*, eyn Ort da man sich hin versteckẽ kan. *Diuerticulũ*, eyn Abweglin.

Adiuncta) Tantæ latebræ, recessus, solitudo. Mirifica latebra. Vastæ solitudines. Paruæ latebræ. Reconditus ac derelictus angulus. Deserta, Desertissima solitudo. Apta, Amica, Tolerabilis, Muta, Amara solitudo. *Actiones*) Delectari solitudine. Quærere solitudinẽ, tenebras, recessum, latebram. Persequi solitudines, diuerticula, flexionesque quærere. Reperire diuerticulum. Dare, Dari, Habere, Esse alicui latebram, diuerticula. Sequi, Captare solitudinem. Abire, Discedere, Recipere, Conferre, Conijcere se, Venire in solitudinem, otium, latebras. Tegere, Occultare se, Abscondi in latebris. Considere, Vitam agere in solitudine. Carere omnium colloquio. Cum ipsa solitudine loq. Obturbarre,

 Tollere,

Tollere, Frequentari solitudinē. Peragrare latebras. Erumpere ex latebris, palamq; volitare. Inferre se è latibulis.

Angulosus, Winckelicht. *Latebrosus*, voller Schlüpffe.

Abditus, *Absconditus*, *Abstrusus*, *Retrusus*, *Occultus*, Verborgen/Versteckt.

Abdere, *Abscondere*, *Recondere*, *Occultare*, Verbergen.

Latere, Verborgē sein.

CAVERNA, *Specus*, *Spelunca*, eyn Hüle. *Lacuna*, *Fouea*, *Scrobs*, eyn Grube. *Hiatus*, eyn Spalt.

Adiuncta.) Infinita altitudo speluncæ. Latitudines concauæ speluncarum. Pauci, subterranei specus. Repentini terrarum hiatus. *Actiones.*) Descendere in hiatum terræ. Incidere in foueam. Explere lacunam.

Lacunosus, Grübicht/Löcherricht. *Subterraneus*, vnterm Erdtreich.

INFERNVS, *Orcus*, die Höll.

GLEBA, *Glumus*, eyn Erden scholl. *Cespes*, eyn Wasen.

Actiones) Fissio glebarum, Cōmouere glebam. Inijcere glebam tumulo. Præcipitem agere glebis, saxis &c. Possidere, Non adimere glebam alicui.

LVTVM, Leymen. *Argilla*, Lätt. *Limus*, Schleim. *Cænum*, Mubr/Kaat.

Actiones.) Fieri lutum. Aggerere lutum & limum. Volutare, Demergi in luto. Oblitus cœno.

Luteus, *Lutulentus*, Leymin.

CRETA, Kreiden. *Cretula*, Kreidlin.

Cretatus, Gekreidet.

LAPIS, eyn Steyn. *Lapillus*, eyn Steynlin. *Saxum*, eyn grosser Steyn/Felß. *Saxulum*, eyn Felßlin. *Petra*, eyn harter Steyn. *Cautes*, eyn Schroffen/Raucher Felß.

Adiuncta.) Asperum, Preruptū, Cauum, Globosum saxum. *Actiones.*) Cędere, Excidere lapidem. Sculpere è saxo. Impendere saxum. Versare saxum. Conflictu atq; tritu lapidum ignem elici. Diffindi, Perfringi saxum. Iacere, Iaci, Conijci lapides, saxa. Petere, Appetere, Percutere lapidibus. Agere, Fugare, Pellere, Obruere, Cooperire lapidibus.

Lapidicina, *Latomia*, eyn Steyngrub. *Saxetum*, *Salebra*, eyn Steynecht Rauch ort.

Adiuncta.) Asperum saxetum. *Actiones.*) Incidere in salebras. Hærere in salebra.

LA-

Lapideus, Steynin. *Saxeus*, *Scopulosus*, Felsicht.

ARENA, Sandt. *Glarea*, *Sabulum*, Kyß / grober Sandt.

Arenariæ, Sandtgruben. *Glabreta*, *Sabuleta*, Vnfruchtbare / Sandechtige örter.

PVLVIS, Staub.
Adiuncta.) Multus Puluis. Plenus pulueris. Eruditus puluis. *Actiones.*) Fieri puluerem. Inijci puluerem. Excitare à puluere. Repellere puluerem.

Puluerulentus, Staubicht.

DE ARTIFICIALIBVS TERRAE PARTIBVS COMMVNIBVS.

LOCVS XI.

REGIO, eyn Landschafft. *Terra*, *Territorium*, *Ager*, eyn Ort deß Lands/ eyn Bann. *Prouincia*, *Ditio*, eyn Herrschafft / Gebieth.

Adiuncta.) Maxima regio, vel prouincia. Immensa, & in omnes partes interminata regionum magnitudo. Tanta, Latior, Infinita regio. Modicæ, Exiguæ regiones. Angustiæ regionum. Definita, Certa, Rata regio. Tam splendida, Illustris, Grauissima, Clarissima prouincia. Dignitas, Vetustas, Vtilitas prouinciæ. Egregia prouincia. Purissima, Opima, Fertilis, Fructuosissima, Opportunissima prouincia. Locuples, Referta, Instructa, ornataq; prouincia. Maximè apta explicataq;, Expeditissima, Pacatissima, Tacita, Quieta, Gratiosa, Negotiosa, Fidelis, Amica prouincia. Beata, Ingrata, Misera terra. Cultissimus ager)(Deformis atq; horridus. Habitabilis)(Inhabitabilis atq; inculta regio. Celebris)(Derelicta regio. Crassissima, Aspera, Montosa regio. Afflicta, Perdita, Misera, Euersa, Populata, Vexata, Nuda, Enecta prouincia. Decumanus, Vectigalis ager. Frumentariæ prouinciæ. Publicus ager. Consularis, Prætoria prouincia. Terrestres regiones)(Maritimæ. Aquilonaris, Australis regio. Suburbana, Propinqua, Finitima regio. Aliena, Hostilis, Disiunctissima terra. Annua, Vetus, Antiquissima prouincia. Suprema regio. Extrema, Vltima ora, vel terra.

Actiones.) Dirigere, Diuidere, Diſtribuere, Deſcribere, Circũſcribere, Definire regionem, vel terram. Sortiri prouinciã. Obtingere, Obuenire alicui prouinciam. Decerni, Conſtitui, Dari alicui prouinciam. Prępo nere, Pręficere aliquem prouinciæ. Adipiſci, Accipere, Occupare prouinciam. Redigi in poteſtatẽ, Subigi bello, Adiungi ad imperiũ provinciam. Abire, Demigrare in terras. Petere regiones aut oras. Proficiſci in prouinciã. Venire, Pervenire in terras, oras, ꝓvinciam. Tangere, Obire, Peragrare, Luſtrare regiones, terras &c. Habere, Tenere, Obtinere prouinciam. Colere, Incolere, Poſſidere agrum, vel regionem. Præeſſe prouinciæ. Adminiſtrare, Curare pro uinciam. Defendere, Tueri prouinciam. Prorogari alicui tempus prouinciæ. Commorari in prouincia. Deuocare, Reuocare de prouincia. Deponere, Tradere, Concedere ſucceſſori prouinciam. Decedere prouincia, vel de, vel è prouincia. Abire de prouincia. Linquere, Relinquere, Deſerere terram, vel prouinciam. Amandare in vltimas terras. Adimere regionem. Amittere prouincias. Excludi regionibus. Periculis cingere)(Explicare regionem. Recreare, Erigere, In antiquum ſtatum reſtituere, Perturbare, Conquaſſari, Exhauriri, Expilari, Compilare, Diripi, Spoliare, Populari, Depopulari, Vexari, Nudari, Prodi, Vaſtari, Lacerari, Euertere prouinciã.

NATIO, *Gens, Populus*, Völcker in eyner Landtſchafft.

Adiuncta.) Magnæ, Maximæ, Tantę, Omnes, Cunctæ, Integræ, Vniuerſæ, Multæ, Plures, Plurimę, Innumerabiles multitudine, infinitæ, abundantes nationes, vel gentes. Integerrimæ pacatiſſimęq; gentes. Humana atq; docta gens)(Immanis & barbara: Humanitas, Lepos, Sales, Comitas, Benignitas nationis. Eruditiſſima, Scientiæ dedita natio. Bellicoſæ, Bellicoſiſſimę, Acerrimæ nationes vel gentes. Dura, Inimiciſſima, Crudeliſſima, Immaniſſima natio. Barbara, Fera, Immanſueta gens. Immanitate barbarę gentes. Minimè religioſa, leuiſſima natio. Sordidiſſima, Leuiſſima, Vaniſſima, Fallaciſſima gens. Miſerę nationes. Finitima gens. Exterę, Vltimæ nationes, vel gentes. Antiquę gentes. *Actiones*) Collocare gentem alicubi. Teneri partes à gente. Eſſe nationis alicuius. Conſentire gentes. Probari à gentibus. Diſſentire nationes. Abalienari nationes. Laceſſere bello, Tentare, Refutare, Concitare, Agitare, Perturbare nationes vel gentes. Domari, Frangi, Premi bello gentes, vel nationes. Conficere atq; armis opprimere nationem. Recidi, Reprimi, nationem, vel gentem. Cogere, Compellere, Contetere nationem. Subigere, Subiungere ſub ſuum ius aut poteſtatem nationes. Recipere in fidem, Deuincere legibus nationes. Præeſſe, Imperare nationibus aut gentibus. Imperio obedi-

bedientem esse, Seruitutem pati nationem, aut gentem. Diripere gentes. Perdere, Perire, Deleri. Concidi nationem.

FINIS, *vel Fines, Termini, Limites*, die Grentzen.

Adiuncta) Immensi, Tanti, Certi, Exigui fines, vel termini. *Actiones.)* Constituere, Describere fines vel terminos. Circumscribere terminis, aut finire rem. Circumdare exiguis finibus. Definire rem terminis. Terminare fines, vel finibus. Pangere fines, vel terminos. Habere, Esse, Incolere fines, vel terminos. Regere, Tueri, Defendere fines. Tenere, Continere se finibus. Septum terminis teneri. Propagare fines. Egredi extra terminos. Euellere terminos.

Finitus, *Definitus, Terminatus*, Geendet/Vmbgeben. *Circumscriptus*, Vmbschriben.

Finire, *Definire, Terminare*, Enden/Grentzen. *Circumscribere*, Vmbschreiben.

CONFINIVM, Anstoß/Mitgrentzung. *Vicinitas*, Nachbaurschafft.

Actiones.) Conferre se in vicinitatem. Esse cum aliquo vicinitatem & vsum. Versari in vicinitate. Simul esse propter vicinitatem. Æquum & facilem esse in vicinitatibus & confinijs. Personare vicinitatem cantu &c.

Confinis, *Finitim9*, Mitgrentzed. *Vicinus*, eyn Nachbaur. *Accola*, Nahe wohnender.

Adiuncta) Proximus vicinus. Interiores vicini.

Accolere, Nahewohnen.

RVS, *Aruum*, eyn Feldt. *Ager*, eyn Acker. *Agellus*, eyn Aeckerlin. *Prædium*, *Fundus*, eyn ligend Gut. *Suburbanum*, eyn Vorwerck. *Villa*, eyn Meyerhof.

Adiuncta) Magnus, Maximus, Tantus, Quantus, Latus ager. Aliquantum agri. Plura, Plurima, Tot prædia. Tres & decem fundi. Multitudo, Bonitas agrorum, vel prædiorum. Perboni, Meliores, Optimi agri. Pulchra, Pulcherrima, Preciosa, Præclara prædia. Fertilis, Frugifer, Fructuosus, Fructuosissimus ager, vel fundus. Pertilitas, Fructus, Emolumentum, Vtilitas)(Sterilitas agri, fundi, prædij. Feraces, Feracissimi, Opimi, Vberrimi agri. Fœcunditas, Vbertas agrorum. Iucundi & fertiles agri. Ornatissimus fundus. Amœnum & suburbanum rus. Bellè ædificata, & satis amœna prædiola. Bene cultus, Cultissimus)(Incultus, ager. Conseptus, Diligenter cōsitus ager. Crassi agri. Molliti & oblimati, A sole tepefacti agri. Miser & jejunus ager. Pestilētes)(Salubres partes agrorum. Fructuarij, Vectigales, Decumani, Immunes liberiq; agri. Compascuus, Communis, Publicus, Priuatus, Suus, Paternus, Auit9 ager.

Noui agri. Dotalia, Vrbana, Rustica, prædia. Suburbanus, Longinquus, Desertus ager. Maritimus fundus. Vacua prædia. *Actiones.*) Relinquere fundum filio. Accipere, Locare, Elocare, Conducere fundum, vel agrũ. Concedere agrũ. Donari agro. Vendere, Venire, Emere, Redimere, Parare, Habere, Possidere fundum, agrum, prædium, rus. Obire fundos. Euolare rus. Aduolare, Venire in agros, vel rura. Peragrare rura. Habitare ruri. Incolere agros. Viuere, Esse ruri, vel in agris. Curare agros, vel villulas. Colere agrum, vel prædium. Stercorare, Arare agrum. Sitire, Irrigare, Lætificare & mitigare agros, Ferre, Afferre, Efferre aliquid, agros. Reperire aliquid in agris. Vti, Frui fundo. Inuadere in prædia. Vectigal imponere agris. Vexare, Diuexare, Exinanire, Populari, Depopulari, Vastare, Vrere agros. Multari agris. Deijcere, Expellere, Præcipitem agere, vel eijcere de agro vel fundo. Exterminari agris. Detrudi de prædio. Deserere agros, arationes derelinquere. Decedere, Abire ex agris. Relinquere agros, vel prædia, Disperire fundum.

Rusticus, *Rusticanus*, des Felds/ oder Lands. *Agrarius*, zum Acker gehörig. *Ruri*, *vel Rure*, auff dem Feld.

SYLVA, eyn Waldt. *Nemus*, eyn Lustwald. *Lucus*, *Saltus*, eyn dicker Waldt/ Forst.

Adiuncta.) Duo, Plurimi luci. Densa atq; aspera sylua. Viridicata sylua. Locus in media sylua opacus & frigidus. Sanctus, Sanctissimus lucus. Infestior latrocinijs saltus. Communis saltus. *Actiones.*) Habere, Possidere lucum, vel saltum. Vendere, Addicere syluam, vel saltum. Venire in syluam, vel nemus. Peragrare nemora. Abstrudere se in syluam. Colere, Tueri lucum. Deijci, Eijci, Vi detrudi de saltu. Cædere, Exscindere, Prosternere lucum.

Syluester, *Syluestris*, Waldechtig.

PRATVM, *Pratulum*, eyn Matte/ Wise.

Actiones.) Diligere prata. Fructum ex ijs capere.

PASCVVM, *Pascua*, *orum*, eyn Weydt. *Pastus*, die Weydung.

Compascuus, zu gemeyner Weyd gehörig.

Pascere, Weyden. *Compascere*. Mit Weyden.

HORTVS, eyn Garte. *Hortulus*, eyn Gärtlin. *Pomarium*, eyn Baumgarten.

ten. *Viridarium*, eyn Lustgarten. *Viuarium*, eyn Thiergarten.

Adiuncta.) Preciosissimi, Iucundiores horti, vel hortuli. Amœnitas hortorum. Pomarijs & hortis res lætæ. Paterni horti. Propinqui hortuli. Apricus hortus. *Actiones.*) Parare, *Præparare*, Habere, Conficere, Conducere, Emere hortum. Ire in hortulos. Inuitare amicos, oblectare se in hortulis. Irrigare hortulos. Venales, Proscriptos esse hortos. Placere hortos)(Abhorrere ab hortis.

PVLVINVS, *Puluinulus*, eyn Garten Beth / Gesäß. *Areola*, eyn Bethlin. *Sulcus*, *Sulculus*, eyn Furch. *Porca*, eyn Bühelin zwischen zweyen Fürchen.

Actiones) Imprimere altius sulcum.

ARBVSTVM, eyn Baumsatz.

SALICTVM, eyn Weidensatz.

D*VMETVM*, *Senticetum*, eyn Dornstrauch.

VINETVM, *Vinea*, ein Weingart / Räbacker.

VIA, eyn Wäg / Strasse. *Actus*, eyn Furwäg. *Semita*, eyn Fußpfad. *Limes*, *Trames*, eyn vberzwercher Fußwäg.

Adiuncta.) Longa, Longior, Perlonga, Multorum dierum via. Aliquantum, Tantundem viæ. Duæ, Tres, *Multæ* viæ. Vna via lata, perpetua, Illustris atq; lata. Breuior, Simplex, Proxima via. Optima via. Angustissima semita. Præclara, aperta, simplex & directa via. Plana & stabilis, Certa, & definita, Notata, Distincta, Recta, Rectissima, Trita, Munita, Tuta, Facilis, Expeditior, Errare non patiens, Vsitata, Inusitata via: Celebritas viæ. Occulta, Latebrosa, Aspera, Ardua, Plena periculorum aut insidiarum via. Asperitas viarum. Æstuosa, & puluerulenta, Valde accliuis, Lubrica, *Præceps*, Anceps, Inculta & syluestris, Deserta & inculta, Interclusa frondibus & virgultis, Immunita, Infesta, Perniciosa, Deterrima via. Sacra, Militaris, Popularis, Priuata, Noua via. *Actiones.*) Quærere, Indagare, Ignorare, Nescire, Timere, Pertimescere, Monstrare, Commonstrare, Demonstrare, Docere, Ostendere, Cognoscere, Discere, Intelligere viam. Munire, Munitare, Ducere aliquò, Absoluere viam. Dare alicui, Patefacere, *Patere*, Esse facilem, aut expeditiorem, Habere, Tenere viam. Deducere, Deuehere in viam. Dare se in viam. Committere se viæ. Sequi, Persequi, Ire viam. Proficisci viâ. Ingredi viam. Insistere viȩ. Progredi viâ, vel viam. Procedere aliquantum viæ. Per-

gere viã, vel viâ. Currere, Cursare, Conficere iter via aliqua. Esse, Habitare in via. Vti via. Conficere viam. Venire, Peruenire aliquò viâ quadam. Permanare per viam. Redire viam. Reuertere semitâ. Deducere de via. Flectere viam. Deflectere, Declinare, Decedere de via. Egredi viâ, vel tramitibus. Fessum esse, Languere de via. Confici, Retardari in via. Intercludere viam. Extrudere & eijcere in viam. Obsepire viam. Teneri vias. Obsessio viæ. Carere viâ.

Viarius Zum Wäg gehörig.

Peruius, Durchgehend.

Biuium, zweyer Wäg scheyde.

Triuium, Dreier Weg scheyde.

Auium eyn Vmbwäg. *Diuerticulum*, eyn Abwäg/ Schlupff. *Flexio*, *Flexus*, eyn Krummer Wäg. *Circuitio*, *Anfractus*, eyn Vm̃gang.

Adiuncta.) Longus anfractus. Multi Flexus. Annui anfractus. *Actiones*) Quærere diuerticula, Flexiones &c. Reperire diuerticulum. Conuertere anfractus.

Deuius, Abwägig Entlegen.

Flexuosus, Gekrümbt.

ADITVS, eyn Zugang. *Introitus*, eyn Eingang. *Gradus*, eyn Zutritt.

Adiuncta.) Durus, Clandestinus introitus.. *Actiones*) Aperire, Patefacere, Patefieri, Patere, Esse, Habere aditum. Claudere, Intercludere, Obstruere, Obsidere, Sepire aditum. Prohibere aditu. Repellere ab aditu.

Adire, Introire &c. v. L. 27.

PONS, eyn Bruck. *Ponticulus*, eyn Brücklin.

Adiuncta.) Angustus pons. Ligneus ponticulus. *Actiones.*) Facere pontem, traducere exercitum. Fossę transitum ponticulo coniungere. Adiungere ponte partem oppidi. Ingredi pontem. Deijcere de ponte. Disturbare, Interrumpere, Interscindere pontem.

DE

DE VRBE, ET PARTIBVS EIVS.

LOCVS XII.

VRBS, *Ciuitas*, eyn Stat. *Oppidum*, eyn Kleyne Statt / oder Marckt. *Oppidulum*, eyn Stättlin.

Adiuncta.) Magna, Parum magna, Maxima, Tanta vrbs. Maximum oppidum. Duæ, Tres, Multæ, Complures, Plurimæ, Tot, Iñumerabiles vrbes. Complura, Copiosa oppida. Bona Melior vrbs. Bonitas oppidi. Præclara, Clarissima, Admodum nobilis, Nobilissima vrbs. Clarum & nobile oppidum. Nobilitas vrbis. Potentissima, Amplissima, Ornatissima, Celebris & copiosa, Celeberima vrbs, vel oppidum. Celebritas oppidorum. Nomen & honos, Autoritas, Gloria, vrbis. Fortisſima, Locuples, Copiosissima vrbs. Locuples, Honestum, Copiosum, Lautisſimum oppidum. Referta, Refertisſima, Ornatisſima, Affluens rebus, vrbs. Fortunata, Fortunatisſima pulcherrimaq́; , Florentisſima, Pulcherrima & ornatisſima, atque plenisſima omnium rerum. Ornata, ditata, locupletata vrbs. Pulchritudo, Ornatus vrbis, vel oppidorum. Exornatio & amplitudo, Ornamenta, Nitor, Salubritas vrbis, vel oppidorum. Munitisſima, Tutisſima, Firma, Pacata, Bello vacua vrbs, vel oppidum. Amicisſima, Amantisſima, Iunctisſima, Coniunctisſima, Fidelior, Fidelisſima vrbs. Charus, dulcis, iucundus aspectus vrbis. Nihil dulcius vrbe aliqua. Opportuna, munita, propinqua vrbs. Malum vrbis intestinum. Tenue, incultum, Miserrimum, Desertisſimum oppidum. Infelix, Inimicisſima, Infestisſima vrbs. Finitimum oppidum. Vetus, Antiqua vrbs, vel oppidū, Peruetus oppidum. Maritima vrbs. Natura & situ, mœnibus, portu &c. nobilis, ornata)(Vacua atq; nuda. In montibus, angustijs, faucibus, altisſimo, munitisſimo, planisſimo &c. loco posita vrbs, vel oppidum. Deuium oppidum. *Actiones*) Condere, Statuere, Constituere, Gignere, Parere, Nasci, Oriri, Efficere, Ædificare, vrbem. Cingere, Sepire locū vrbibus, oppidis, mœnibus. Placere oppidū. Eligere, Deligere oppidū. Proficisci, Ire, Pergere ad, vel in vrbē. Adire, Accedere, Ascendere, Petere vrbem, Contendere, Adducere Aduehi ad vrbē, vel oppidum. Venire ad vrbem, vel in oppidum. Attingere vrbem. Penetrare ad vrbem. Inferre se in vrbem. Introferre, Introducere, Introire in vrbem. Cōmittere se vrbi. Recipere aliquem vrbe. Collocare in vrbe. Compotem facere vrbis. Præbere vrbē. Tradere oppidum, vel vrbem. Condonare, Diuidere aliquibus vrbem. Asciscere sibi oppidum. Compleri oppidū, multitudine. Esse, Inesse, Viuere, Habitare in vrbe.

in vrbe. Colere, Incolere, Tenere, Retinere urbem, vel oppidũ. Administrare, Gubernare vrbẽ Præsidere vrbi. Regnare oppidis. Defendere, Tueri, Custodire, Seruare, Conseruare vrbem. Custodem, Seruatorem, Conseruatorem, Parentem esse vrbis. Saluam, incolumem esse, Stare, Manere, Stabiliri, Augere, Amplificare, Ornare, Exornare, Decorare vrbem, vel oppidum. Vti vrbe. Consistere, pedem ponere, Commorari, Tenere se, Manere, Permanere, Remanete in oppido, vel vrbe. Deportari, Exportari aliquid ex oppido. Proficisci, Abire, Exire, Egredi ex vrbe. Cedere, Excedere vrbe. Discedere ab vrbe. Relinquere vrbem. Emittere, Pellere, Depellere, Expellere, Exterminare, Eijcere, Deijcere ex vrbe. Auertere, Arcere aliquem ab vrbe. Fugere, Erumpere ex vrbe. Abesse vrbe, vel ab, vel ex vrbe. Carere vrbe. Claudere)(Patefacere vrbem. Referre aliquem in vrbem. Recipere se in vrbem. Reuerti, Redire, Restitui ad, vel in vrbem. Odisse vrbem. Inimicum esse vrbi. Cogitare de exitio vrbis. Minari, Minitari vrbi flammam, deflagrationem. Terrere, Perturbare, Periculum ostendere, Procellam aut tempestatem vrbi impendere. Vexari, Attentari vrbem. Prodere, Premere, Opprimere, Vrgere vrbẽ. Labefactari, proteri, conculcari, Solui & debilitari, Nudari, Exhauriri, Lacerari Exinaniri, Diripi, Excindi, Exuri, Vendi, Amitti vrbem. Subuenire & conseruare vrbes. Depellere pericula, Iugum seruile vrbis deijcere. Eripere vrbem ex faucibus, impetu, flamma, ferro. Conseruare, Restituere vrbem. Recipere, Recuperare, Redimere, Recreare, Liberare vrbem periculo, metu, incendijs. Reddere vrbem alicui. Inuadere, Obsidere, Circumsidere, Cingere, Circumdare, Oppugnare, Tormentis verberare vrbem, vel oppidum. Expugnare, Capere, Deuincere, Opprimere, Occupare vrbem. Subiungere sub ius, sub imperium ditionemq;, Parére cogere vrbem. Adimere partem vrbis. Priuare, Multare vrbibus. Amittere, Perdere vrbem, aut oppidum. Diripere, Spoliare, Compilare, Depopulari, Deuorare vrbem. Perire, Interire salutem vrbis. Interitus, Exitium, Vastitas, Naufragium, Disperditio, Occasus vrbis. Diruere, Corruere, Prosterni vrbem, vel oppidum. Incendere, Disturbare, Concidere, Cõflagrare vrbem. Inflammare, Euertere, Peruertere, Excindere, Excidere, Delere, Extinguere, Tollere vrbem.

Vrbanus, *Oppidanus*, Stättisch/ Zur Statt gehörig.

SVBVRBIVM, eyn Vorstatt.

Suburbanus, Zur Vorstatt gehörig.

PAGVS, *Vicus*, eyn Dorff

Paganus, Dörffisch.

C*ASTRVM*, *Castellum*, eyn Burg/

Burg/ Castell. *Arx*, eyn Schloss. *Propugnaculum*, eyn Pastei/ Wehre. *Specula*, eyn Hochwacht.

Adiuncta.) Sex, Multa, Complura castella, castra. Alta arx. Munitum, *Munitissimum* castellũ, vel arx. Communis, Omnium gentium ac nationum arx. *Actiones)* Habere, Munire arcem. Præparare propugnaculum. Ponere castellum. Sepire oppidum castellis. Esse propugnaculum, oppositum & obiectum. Venire in castellum. Descendere de castello. Fugere, Confugere in arcem. Ponere, Collocare aliquos in arce. Esse in speculis. Vti propugnaculo. Prospicere è specula. Defendere arcem, castellum. Propugnaculis, castellis defendere aliquid, aditus hostium prohiberi, propulsari. Inuadere in arcem. Capere, Occupare arcem, castellum Liberare ab incendio, Redimere arcem. Expugnare, Vastare, Incendere castellum. Deijcere propugnaculum.

Castellanus, Zum Castell gehörig.

MVNITIO, *Munimentum*, eyn Bevestigung/ Schätz. *Agger*, eyn Schütte oder Bollwerck. *Moles*, eyn Damm. *Maceria*, eyn Steynmaur ohn Mertel. *Sepes*, *Septum*, *Sepimentum*, eyn Zaun oder Hag.

Adiuncta.) Maximus agger. Mirificæ, Insanæ moles. Syluestres sepes. Marmorea septa. *Actiones.)* Facere septa. Cingere, Circumdare, Circumsidere oppidum vallo, aggere &c. Munire, Sepire vallo, vel molibus. Vallare sepimento. Extruere, Iacere moles. Opponere, Obijcere vallũ, vel moles. Oppugnare aggere. Prohibere aditus hostium castellis & aggerib. Continere belluas septis. Disiungi munitione ac mole lapidum. Irruere in septa. Reuulsis septis introire.

Munitus, *Communitus*, Bevestiget. *Vallatus*, *Circumuallatus*, Vmbschantzt. *Septus*, Vmbzäunt.

Adiuncta.) Munitior, Munitissimus, Tam, Satis, Mirificis molibus munitus. Firmissimo muro vndiq; septus. Parum communitus. Naturâ munitus.

Munire, *Communire*, *Munitare*, Bevestigen. *Vallare*, *Circumuallare*, Vmbschantzen. *Aggerare*, Zu Hauff tragen. *Sepire*, *Consepire*, *Obsepire*, Verzäunen/ Verhägen.

Adiuncta.) Maximè, Firmissimis præsidijs munire.

MOENIA, *Murus*, die Stattmaur.

Adiuncta.) Pulchra mœnia. Firmissimus murus. Sancti muri vrbis. Extrema mœnia. *Actiones)* Cingere,

Cingere, Armare, Sepire, Circundare vrbem mœnibus, aut muris. Contineri mœnibus. Cohiberi muro. Opponere, Interesse murum. Secerni muro. Versari, Residere, Retinere intra mœnia, vel muros. Tenere mœnia. Tueri, Defendere se mœnibus. Inimicus mœnibus patriæ. Accedere armatum ad mœnia. Appropinquare mœnibus. Excipere, Excludere mœnibus. Prohibere, Pellere, Repellere à mœnibus, vel muris. Defēdere mœnia. Stare mœnia. Perniciem cōparari mœnibus. Percutere, Traijcere, Capere muros. Ascendere in muros. Abijcere se è muro. Demoliri partem muri. Deijci mœnia. Nudari mœnibus vrbem. Reficere muros. Carere mœnibus.

POMOERIVM, eyn Zwinger.

Actiones.) Intrare, Transire, Transgredi pomœrium.

FOSSA, eyn Graben. Sttgraben.

Adiuncta.) Lata, Gurgitibus redundans fossa. *Actiones.*) Circundare, Cingere, Sepire oppidum fossa. Opponere & obijcere hostibus fossam.

PORTA, eyn Pfort/Statt Thor. *Portula*, eyn Thörlin.

Actiones.) Adesse, Præstò esse, Expectare ad portam. Aperire, Patére portam. Vti, Introire, Egredi, Pedem efferre porta. Venire ad portas, armatum. Occupare, Reficere portam. Defendere se mœnibus & portis. Custodes esse portis. Claudere Effringere, Reuellere portam.

Cataracta, eyn Schutzgatter.

PLATEA, eyn Gass oder Straß. *Vicus*, eyn Gass zwischen den Häusern. *Angiportum*, *Angiportus*, eyn Gäßlin ohne durchgang. *Via, suprà eodem L.* *Vicatim*, durch alle Gassen.

AREA, eyn Plan/Hoffstatt. *Cors*, eyn vmringter Hoff.

Adiuncta.) Præclara area.

TEMPLVM, eyn Kirch.

COEMITERIVM, eyn Kirchhoff oder Begräbnuß.

COENOBIVM, *Monasterium*, eyn Kloster.

FORVM, eyn Marckt. *Mercatus*, *Nundinarium forum*, eyn Jarmarckt. *Annonæ forum*, der Speißmarckt. *Frumentarium forum*, der Kornmarckt. *Vinarium forum*, der Weinmarckt. *Piscarium forum*, der Fischmarckt.

marckt. *Olitorium forum*, der Krautmarckt. *Pomarium forum*, der Obsmarckt. *Scrutarium forũ*, der Gerümpelmarckt. *Lignarium forum*, d' Holtzmarckt. *Equarium forum*, der Roſſmarckt. *Boarium forum*, der Rindermarckt. *Suarium forum*, der Säwmarckt.

Adiuncta.) Maximum, Celeberrimum, Refertum hominibus, Plenum ciuium, Ornatum, Purum, Mutum, Mœſtum, Cõmune, Medium forum. *Actiones.*) Immittere in forum, gladiatores &c. Ducere, Deducere per, in, vel ad forum. Deferre, Proferre, Proijcere aliquid in forum. Deſcendere, Venire, Introire, Ingredi in forum. Verſari, Ambulare, Vagari, Volitare Veſtigium facere in foro. Complere, Occupare, Capere, Poſſidere, Tenere forum. Habitare in foro. Ornare, Adornare, Defendere, Sepire, Vaſtari, Relinqui, Tradi ſicarijs forum. Diſcedere, Abduci, Tolli è foro. Pellere, Excludere foro. Propulſare ab ingreſſione fori. Carere foro.

MACELLVM, *Carnarium*, die Metzig. *Carnaria taberna idem.*

CVRIA, *Forum Iudiciale*, *Tribunal*, *&c.* das Rahthauß/ die Pfaltz. *v. L.34.*

TABVLARIVM, *Grammatophylacium*, *Archiuum*, die Cantzlei.

AERARIVM, die Schatzkammer/ der Pfenningthurn.

ARGENTARIA, die Müntz/ Wechſelgaden.

GRANARIVM, der Speicher.

ARMAMENTARIVM, das Zeughauß.

Adiuncta.) Publicum armamentarium. *Actiones.*) Facere, Aperire armamentarium. Dare, Diſtribuere ex armamentario.

ASYLVM, eyn Freiheyt.

Actiones.) Confugere in aſylum. Abducere ex aſylo.

TRIBVS, eyn Zunfftſtube.

PRYTANEVM, die Herren Stube.

HOSPITIVM, eyn Freundtherberg: *Diuerſorium*, eyn offene Herberg/ Würtshauß. *Diuerſoriolum*, eyn Würtzhäußlin. *Caupona*, *Cauponula*, eyn Zechhauß/ Trinckſtube. *Popina*, eyn Gartkuchen/ Praterei.

Adiuncta.) Magnificentiſſimum hoſpitium. Aptum, Peropportunum, Non-nimiũ liberale diuerſorium. Agreſte, Maritimum hoſpitium. Tenebricoſa, Teterrima-

rima popina. *Actiones.*) Emere, Parare diuersorium, vel hospitium Dare diuersorium. Accipere aliquem hospitio. Requiescere, Acqescere in diuers. Delitere, Perpotare in cauponula. Cœnare indiuersorio. Cōtēnere hospitium, vel diuersoriolum. Discedere ex hospitio. Extrudere, Eijcere aliquem ex hospitio.

ORPHANOTROPHIVM, eyn Weysenhaus.

XENODOCHIVM, eyn Spittal/oder Elendenherberg.

NOSODOCHIVM, *Nosocomium*, *Valetudinarium*, eyn Siechenhaus.

HIEROCOMIVM, *Leprosorium*, der Aussetzigen/ oder Maltzenhaus.

DE PROPRIIS REGIONVM ET vrbium nominibus: in maiore Opere.

DE METALLARIBVS.

LOCVS. XIII.

METALLVM, Metall. *Metallicus*, zum Metall gehörig.

FODINA, eyn Ertzgrub/ Bergwerck.

Vena, eyn ErtzAder.

Adiuncta.) Abditæ, Reconditæ, Aptæ, Decoræ auri venæ.

AVRVM, Goldt.

Adiuncta.) Multum, Alliquantum, Centum, vel Vigin ti pondo, Semuncia auri. Splendor auri. Coronarium, Tolosanum aurum. *Actiones.*) Inuenire venas auri. Peruenire ad aliquem. Igne perspici aurum. Habere aurum. Ornari, Exornari aliquid auro. Facere, Fieri aliquid ex auro. Vendere, Consumere aurum.

Aureus, *Aureolus*, Güldin.

Auratus, *Inauratus*, Vergüldt.

Adiuncta.) Extrinsecus inauratus.

Inaurare, Vergülden/Vbergülden.

ARGENTVM, Silber.

Argen-

Argenteus, Silberin.

AES, Ertz.
Aeneus, *Aeratus*, Erin.

KVPRVM, Kupffer.
ORICHALCVM, Möß.

PLVMBVM, Blej.
Plumbeus, Bleien.
STANNVM, Zyn.

FERRVM, Eisen.
Actiones.) Elicere, Effodere ferrum è cauernis terræ.
Ferramenta, Eiserin Waaffen/oder Werckzeug.
Ferreus, Eiserin.

CHALYBS, Stahel.

MASSA, eyn Klotz/od Klumpen Metall.
LAMINA, eyn Blech/oder Blatt Metall.
SCORIA, der Schaum/oder Schlaacken von Metall.

RVBIGO, der Rost. *Aerugo*, der Ertz oder Silberrost. *Ferrugo*, der Eisenrost.

SAL, Saltz.
Adiuncta.) Multi modij salis.
Actiones.) Perspergi salę. Simul edere sal.

Salinæ, Saltzgruben/ oder Pfannen.

NITRVM, Sallpeter.
ALVMEN, Alaun.
VITRIOLIVM, Vitriohl.

MINIVM, Menig/Berg Zynaber. *Zinnabaris*, Zynaber.
Miniatus, von Menig/ oder Roth gefärbt.

ARGENTVM *viuum*, Quecksilber.
SVLPHVR, Schwebel.
AERVGO, Spongrün.
CERVSSA, Bleiweiß.

LAPIS, *Saxum &c. item Lapideus*, *Saxeus &c. v. L. 10.*
COEMENTVM, Vngewerckte Maurstein.
Adiuncta.) Bonum cœmentum.
Actiones.) Conuehere, Habere cœmentum. Effici vrbem &c. è latere, vel cæmento.
Cœmentaria, *Lapicina*, eyn Steynarube.

MARMOR, eyn Marmelsteyn.
Adiuncta.) Infinita vis marmoris. *Actiones.*) Constituere, Ponere simulachrum è marmore.
Marmoreus, Marmelsteynin.

SILEX, eyn Kiselsteyn.

CALCVLVS, *Scrupulus*, eyn Sandsteynlin.

Adiuncta.) Tenuissimus scrupulus. *Actiones)* Conijcere, Inijcere calculum, vel scrupulum. Stimulare, ac pūgere, Eximere, Euellere scrupulum.

Scrupulosus, Rauch von Steynen.

PVMEX, eyn Bimssteyn.

TOPHVS, eyn Tůgsteyn.

COS, *Coticula*, eyn Wetz oder Schleiffsteyn.

Adiuncta.) Scrupulosæ cotes. *Actiones.)* Præcidere, Discindere cotem nouacula.

LYDIVS LAPIS, eyn Probiersteyn.

PYRITES, eyn Fewersteyn.

LATER, eyn Zigelsteyn, Gebachensteyn. *Laterculus*, eyn Gebachensteynlin.

CALX, Kalck.

Calcaria fornax, eyn Kalck oder Ziegeloffen.

VITRVM, Glaaß.

GEMMA, eyn Edelgesteyn.

Adiuncta.) Magna, Pergrandis gemma. Multæ, Plurimæ, Clarissimæ, gemmæ.. Splendor, Nitor, Fulgor magnus gemmæ. *Actiones.)* Perfici, Distingui, Illuminari aliqd gem̃is. Frangi gem̃ã.

Gemmeus, von Edelgesteyn.

ADAMAS, eyn Demant.

RVBINVS, *Carbunculus*, eyn Rubyn/Carfunckelst yn.

GRANATVS, eyn Granath.

HYACINTHVS, eyn Hyacint.

SMARAGDVS, eyn Schmaragd.

CHRYSOLITHVS, eyn grün Edelgesteyn.

CYANOS, eyn Türckis.

SAPPHYRVS, eyn Saphyr.

AMETHYSTVS, eyn Amethyst.

HAEMATITES, eyn Blutsteyn.

ALECTORIVS, eyn Kappaunensteyn.

BVFONIVS, eyn Krottensteyn.

CHRYSTALLVS, eyn Chrystall.

EBVR, Helffenbeyn. (steyn.

GAGATES, schwartzer Ag-

MAGNES, eyn Magneth.

Actiones.) Ad se allicere, & trahere ferrum.

CORALLIVM, Corallen.

MARGARITA, *Vnio*, eyn Părlin.

Adiuncta.) Insignis ornatus margaritarum.

SVCCINVM, Augsteyn.

BITVMEN, Băch.

DE PLANTIS, ET I. DE ARBORIBVS, AC FRVTICIBVS.

LOCVS XIIII.

STIRPS, *Planta*, eyn Gewächs auß der Erden/ Setzling.

Adiuncta.) Multæ, Amarę stirpes. Vtilitas, Asperitas stirpium. Tam diuturna stirps. *Actiones.*) Seminari stirpes. Terras compleri stirpibus. Inhærere terræ stirpes. Terram parere & ex sese fundere omnia, stirpes alere & augere. Viuere & vigere stirpes, arte naturæ. Saluas esse procuratione hominum, Succum è terra trahere stirpes. Vastari terram asperitate stirpium. Elidere stirpes.

Stirpitùs, Radicitùs, võ Grũd auß/ mit der Wurtzel auß.

PLANTARIVM, Seminarium, eyn ort da viel Setzling stehen. *Viridarium, Viretum, Viriditas*, eyn grüner ort von gewächs/ Lustgarte.

Virere, Virescere, Reuirescere, Grunen.

PLANTATIO, Pflantzung. *Insitio*, Impfung. *Emplastratio*, Einbindung eynes Zweigs.

Insitor, eyn Zweiger.

Plantare, Inserere, Pflantzen/ Zweigen.

PLANTA, *Viuiradix*, eyn Setzling/ Würtzling. *Tradux*, eyn Zweig so man anders-wohin zeucht. *Surculus, Talea*, eyn Schoss oder Setzzweig. *Germen*, eyn Schoss so herfür sprosset. *Stolo*, eyn Aberschoss/ so von der Wurtzel oder Stam̃en wächßt.

Germinatio, herfür Sprossung.

SARMENTA, Virgulta, Reuß/ Gesträuß. *Virga, Virgula, Ferula*, eyn Rute/ Gerte. *Vimen*, eyn Widt/ Korbreuß. *Baculus, Bacillum*, eyn Stecke/ Stäblin. *Pertica*, eyn lange Rute od' Stãge.

Adiuncta) Diuina virgula. Inflexum & incuruatũ, vel incuruũ bacillum. Noua sarmenta. *Act.* Excitari culturâ, sarmenta. Abigere aues bacillo. Circumscribere aliquid virgula. Circumdare sarmenta, ignem subijcere. Tundere bacillo.

LIGNVM, *Materia*, *Materies* Holtz. *Acapna*, Dürrholtz.

Adiuncta.) Viridia atq; humida, Infelicissima ligna. Lignea materia. Curuatum lignum. *Actiones.*) Aduehere, Conuehere, Habere materiem. Circundare ligna. Fieri ignem ex lignis. Concipere ignem. Vti materiam.

Ligneus, *Ligneolus*, Höltzin. *Materiatus*, võ Holtzwerck.

Strues lignorum, eyn Holtz oder Scheitterhauffen.

Fascis, *Fasciculus virgultorũ*, vel *sarmentorum*, eyn Büschele Reuß/Wällen.

ARBOR, eyn Baum. *Arbuscula*, eyn Bäumlin.

Adiuncta.) Proceritas arborum, & ordo. Humiliores arbores. Virtus arboris. Nouella, Vetula arbor. Senescentes & exsiccatę arbores. *Actiones.*) Serere arbores, quæ alteri seculo prosint. Nasci, Reperiri arborem. Viuere, Frondescere, Virere, Florere, Vigere, Senescere arborem. Augere, Alere arbores. Aliena amputare, Circumcidere, Erigere, Extollere, Adminiculari, vt quò natura ferat, ire possit. Trãsferri, Cædi, Excindi, Euelli arborem. Confectio arborum & materia.

Arborator, *Frondator*, eyn Baumsäuberer, od' Pflantzer.

Arboreus, das des Baums ist.

RADIX, eyn Wurtzel. *Radicula*, eyn Würtzelin. *Fibræ*, Zäserlin an den Wurtzlen.

Adiuncta.) Vis, Vtilitas radicum. Altiores, Altissimæ radices. *Actiones.*) Agere radices, Propagari, Nasci radicem. Contineri radicibus, stirpes. Habere radices. Fixum esse, Hærere radicib' suis. Quærere, Colligere, Euellere radices, radiculas, fibras.

Radicitùs, mit der Wurtzel auß.

STIPES, *Truncus*, *Caudex*, der Stamm eynes Baums.

Adiunct.) Tanti trunci. *Actiones*) procreat terra truncos ex seminibus. Cortice denudare truncos. Euerti truncum.

CORTEX, die Rinde. *Liber*, die Jnnere Rinde/ Bast.

Actiones.) Obduci, Denudari libro, aut cortice, truncos.

RAMVS, *Frons*, eyn Ast. *Ramulus*, eyn Aestlin.

Adiuncta.) Tanti, Patuli rami. *Actiones.*) Procreari, Adduci, Remitti ramum. Amputare, Defringere ramum.

Frondescere, Aeste oder Blätter gewinnen.

NO-

NODVS, eyn Knochel am Ast.

GEMMA, *Oculus*, eyn Aug oder Bollen

Gemmare, Augenschiessen/ Bollen bekommen.

FOLIVM, eyn Blatt.

causam. Subscribere causam. Reuiuiscere, Recreari causam. Tenere, Obtinere causam, litē. Absoluere, Liberare aliquem iudicio, quæstione, periculo litium. Retinere incolumem à iudicij calamitate. Elabi, Emergere ex iudicio. Eripere se, Effugere ex iudicio. Exire, Emanare ex causa. Negligere, Relinquere, Deserere, Prodere causam. Deesse, Obtrectare causæ. Ludificari, Labefactare, Exagitare, Debilitare, Oppugnare, Affligere, Impedire causam. Nocere causæ. Circumuenire aliquem, Perfundere, Irretire iudicio. Premi, Deprimere causam. Opprimi iudicio. Laborare in iudicio, & In causa laborare aliquem. Deficere aliquem omnia, Nudum, destitutumq; esse in causa. Diffidere causę. Odisse causam. Dubitare de causa. Ignorare, Ignotam esse causam. Incognita causa, vel re, Indicta causa damnare aliquem. Vincere, Vinci iudicio, disceptatione, in certamine, contentione. Conuinci iudicio. Superare, Superari iudicio, contentione. Inferiorem esse in causa. Damnare, Damnati Condemnari iudicio: Causam iudicari atq; damnari. Defatigari, Frangi, Conscindi iudicio. Cadere in iudicio. Causa cadere. Amittere litem, causam. Eripi, Elabi è manibus causam. Iacturā facere causę. Perdere, Perire litem, causam. In iudicio perire. Euertere causam. Iudicio euertere aliquem. Æstimare litem. Recipere, Reportare aliquid ex litibus. Pœnas luere iudicij. Tueri, Manere, Tenere diutiùs, Transferre iudicium, vel quæstionem. Mutare actionem, causam. Commutare rationem iudiciorum. Improbari, Displicere, Reprehendere, Ratum non habere iudicium. Contemnere iudicia, pœnāq;. Abuti ad quęstum iudicio. Pecunia tentare, emere, redimere, Corrumpere, Contemnere, Perrumpere iudicium. Ducere iudicium, vel controuersiam. Differre, Proferre iudicium. Prolatio iudicij. Reseruare, Manere, Esse integram causam. Transferri, Reijci causam in aliquod tempus. Intermitti iudicia. Prętermitti, Reseruari aliquibus causam. Omittere contentionem, controuersiam. Dimittere iudicium, quęstionem: & A iudicio dimittere. Depelli ex actione. Renouari causam. Constituere, Restituere iudicia perculsa atq; prostrata. Exitum, Finem, Terminum aliquem esse iudicij, controuersię, litium, contentionum. Impedire, Refellere, Conuellere, Infirmare, Labefactare, Disturbare iudicium. Perturbatio iudiciorum. Dissoluere iudicium. Dissolutio iudicij. Rescindere, Perfringere, Euertere iudicia, quęstiones. Irritas facere res iudicatas. Auocare aliquem à certamine. Reuocare à contentione ac dimicatione. Abduci à quæstione. Abhorrere à negocijs, litibus. Recusare iudicium. Repudiare causam, quęstionem. Remouere, Demouere aliquem, Remotū, Remotiss. esse à causa, controuersia, certamine. Ignarus, Imperitus iudiciorum, negotiorum, litium. Fugere contentionem atq; certamen. Defugere iudicium. Declinare cō-

tentiones. Discedere à iudicijs, causisq;. Deponere, Abijcere causam. Vacationem dari à causis. Desistere à causa. Abstinere se litibus. Abesse altercationibus, controuersijs. Requies litiũ. Frigère, Conticère iudicia. Silẽtium esse causarũ, vel iudiciorũ. Iacère, Perire iudicia. Tollere, Tolli iudicium, quæstionem, causam, controuersiam, contentionem. Deleri iudicia. Abesse à foro, Nulla esse, Nihil esse iudicia. Sine iudicio, controuersia, contentione adipisci, obtinere, facere aliquid.

Actor, *Causidicus*, eyn Verhandler der Sache/ Fürsprech. *Rabula*, eyn Vngestümer Schwetzer für Gericht. *Litigator*, *Litigans*, der eynen handel für Gericht hat. *Aduersarius*, *Repugnãs*, *Dimicans*, eyn Widersacher/ Widerpart/ Gegentheyl.

Adiuncta) Princeps, Summus, Idoneus actor. Amplus atq; grãdis, Subtilis & elegans causidicus. Grauis aduersarius. Probabilis, Indoctus, Inurbanus, Rusticus, rabula. *Actiones*) Quærere actorem causæ, causidicum, rabulam. Deligere, Constituere actorem, aduersarium. Intendere se aduersarium. Accedere actorem causæ. Profiteri se aduersarium. Habere aduersarium. Pugnare, Depugnare cum aduersario. Conuincere, Deuincere, Refutare aduersarium. Capere repugnantem, vel aduersantem. Cauere aduersarium. Transire ad aduersarios.

Aduersarius, *Aduersans*, Widerspãnig. *Litigiosus*, Zänckisch/ Häderisch. *Controuersus*, Streitig *Concertatorius*, *Refractariolus*, Spännig/ Widerstreitig.

Adiũcta.) Maximè aduersarius. Satis, Nimium, Tam loquaciter litigiosus.

Agere, eyn Sach handlen. *Actitare*, stätigs handlen. *Quærere*, die Frag stellen, *Experiri*, dz Recht versuchen. *Litigare*, *Disceptare*, *Altercari*, Rechten. *Aduersari*, *Controuersari*, *Contrauenire*, *Refragari*, *Resistere*, Widerstreben/ Widerstehen. *Pugnare*, *Repugnare*, *Oppugnare*, Widerfechten. *Contendere*, *Certare*, *Concertare*, *Decertare*, Zancken/ Streiten.

Adiuncta.) Latiùs disceptare. Quàm breuissimè, Bene agere. Iure & legibus decertare, disceptare, Summo iure, Graui iudicio experiri. Non magnopere pugnare. Vehementer agere. Omni contẽtione pugnare, decertare. Accuratè agere. Mira alacritate esse ad litigandum. Liberiùs, Acriùs, Acerrimè agere, litigare, decer-

decertare. Acerbè agere. Infensiùs aduersari. Inimicissimè, & infestissimè contendere. Inimico animo agere. Pugnaciter certare. Verbo vno concertare. Sæpiùs decertare.

Certatim, Zanckßweiß/ mit Kyb.

FORVM, der ort des Gerichts/ oder das Gericht. *Iudicium, suprà. Subsellia*, die Gerichtsbänck. *Tribunal*, der Richterstul.

Adiuncta.) Longum subsellium. Inane forum. Vastitas fori. Vacua, Nuda, Inania subsellia. Vetus consuetudo fori. *Actiones.*) Agere forum alicubi. Vocare aliquem in forum. Deferre rem in forum, iudiciumq́;. Adducere aliquem ad subsellia. Deducere in iudicia. Traduci in forum. Reducere, Retrahere ad subsellia. Venire in forum. Attingere forum. Versari in foro, subsellijs. Dicere, Accusare in foro, ad subsellia. Pronunciare de tribunali prætorem. Occupari in subsellijs. Sedere in tribunali, in subsellijs. Habitare in subsellijs. Hærere, in tribunalibus. Florere in foro. Tenere forum. Conteri in foro. Inimicus fori. Auocare aliquem à rostris. Remotum, Remotissimum esse à foro. Non attigisse, Nunquam aspexisse forum. Reformidare subsellia. Priuare aliquem foro. Sperni aliquid, Pelli, Carere foro. Abire, Discedere à subsellijs. Refrigescere forum. Silentium summum causarum esse in foro. Deturbare aliquem de tribunali. Dissipare, Comburere subsellia.

Forensis, Iudicialis, Iuridicialis, zum Gericht / oder Gerichtshändlen gehörig.

ACCVSATIO, eyn Anklag. *Incusatio*, Beschuldigung. *Actio, suprà. Petitio*, Anforderung. *Delatio*, Angebung/ Verrätschung. *Indicium*, Anzeygũg *Insimulatio*, Zeihung. *Intentio*, Fürwurff. *Criminatio*, Zumessung eynes Lasters. *Calumnia*, Verleumbdung.

Adiuncta) Optima, Honesta, Seuera, Diligens, Variè grauiterq́; tractata, Vera, Illustris, Nobilis, Gloriosa, Acris accusatio. Incusatio acris. Gratiâ, Opibus niti accusationem. Defessa & refrigerata, Muta, Mala nugutoriaq́; accusatio. Iniquitas accusationis. Improbitas calumniæ. Impudens, Frigida, Ieiuna calumnia. Falsa & iniqua insimulatio, criminatio. Vsitata)(Noua accusatio. Subita criminatio. Perpetua accusatio. *Actiones.*) Ostentare delationem nominis. Deferre accusationem. Dare delationem, accusationem, nominis deferendi potestatem.

Præ-

Præbere licentiam, Nancisci occasionem calumniæ. Esse alicuius petitionem. Vocari in insimulationem. Suscipere accusationem. Elaborare in accusatione comparanda constituendaq́;. Adornare & instruere accusationem. Fingi criminationes. Conflare, Tractare variè accusationem. Descendere ad accusationem. Adhiberi calumniam. Vti criminatione. Delitescere in calumnia. Proximũ esse calumniæ. Incidere in calumniam. Comprobare calumniam. Defendere criminationem. Obterere atq; contundere calumniam. Dissoluere, Depellere criminationes oblatas: Depulsio intentionis. Effugere non posse calumniam. Deduci ab accusatione. Desistere accusatione.

Accusator, *Actor*, der Kläger/ Ankläger. *Petitor*, der Ansprecher mit Recht. *Delator*, der Angeber / Rätscher. *Index*, eyn Anzeyger. *Calumniator*, eyn Lästerer

Actiones.) Multi, Quàmplurimi accusatores. Tot calumniatores. Bonus, Idoneus, Certus accusator. Neq; obscurus, neq; incertus index. Verus, Firmus, Diligens accusator. Paulò consideratior calumniator. Assiduus accusator. Dignitas, Potentia, Autoritas, Gratia accusatoris. Grauis, Vehemens, Molestus, Acer, Acerbus accusator, vel actor. Maledicus conuiciator. Iratus, Imbecillus accusator. Mercenarius calumniator. Frigidissimus, Mutus, Ridiculus, Falsus accusator. Indices falsi. Capitalis, Deterrimus quadruplator. *Actiones.*) Quærere, Reperire calumniatorem. Parare, Comparare, Constituere accusatorem. Ponere alicui, Apponere accusatorem, calumniatorem. Instrui & subornari accusatores. Capere personam petitoris, Obtinere partes accusatoris. Habere accusatores aliquos. Vti accusatore. Nunciare. Deferre aliquid indicem. Præmijs afficere indices. Respondere accusatori. Deponere personam accusatoris.

Accusatorius, zum Klagen/ oder Kläger gehörig. *Accusabilis*, Klagwürdig. *Criminosus*, Schmälich.

Accusare, Anklagen/ Verklagen. *Deferre*, Klagend Anbringen. *Accersere*, *Arcessere*, *Postulare*, *Citare*, Fürfordern. *Petere*, Anfordern. *Indicare*, Angeben. *Insimulare*, *Arguere*, *Coarguere*, Beschuldigen. *Intendere*, Treiben. *Obÿcere*, *Obiectare*, Fürwerffen. *Criminari*, *Culpare*, Beschuldigen.

Adiuncta.) Copiosè, Grauiter, Diligentissimè & laboriosissimè, Iure, Iustè pieq; accusare: Honestissima ratio accusandi. Moderatè)(Nefariè,

Vere

Verè)(Falsò, Cum causa)(Sine causa, Non studio, Non libenter, Liberiùs accusare. Apertè insimulare. Grauiter, Grauiùs, Grauissimè, Seuerè, Acriùs, Asperè, accusare. Inuehi acerbiùs, & insectari vehementiùs, Terrores ac minæ accusandi. Nominatim citare. Verbo arguere. Negligentia in accusando. Inuidiosè criminari. Inhonestè accusare, Falsò insimulare.

Accusatoriè, Klagsweiß. *Criminosè*, Schmählich.

CRIMEN, eyn Laster so geklagt würd. *Culpa, Noxa, Noxia*, eyn Schuldt/Mißhandlung.

Adiuncta.) Magnum, Maius, Maximum crimen, culpa: Magnitudo criminis. Ingens crimen. Summa culpa. Tantum, Quantum crimen. Paruum crimen. Perparua, Minor, Tolerabilior, Nonnulla culpa. Minimæ noxæ. Multa, Permulta, Plurima, Tot, Quot crimina: Multitudo, Vis criminum tanta. Infinita crimina. Varia culpa: Varietas criminum. Pauca, Duo, Vnum crimen: Inopia criminum. Simile crimen, culpa. Honestissimum, Necessitatis, Graue, Grauissimum, Vehemens, Iniquum, Inuidiosum, Inuidiosissimum crimen. Turpis culpa. Fœdissimum, Nefarium, Atrocissimum crimen: Atrocitas criminis. Capitale, Certum, Certissimum, Perspicuum, Manifestum, In medio positum, Notius, Verum, Suspiciosum, Obscurum, Incredibile, Inauditum, Leue, Fictum, Commentitium, Falsum, Commune, Singulare, Proprium, Domesticum, Vernaculum crimen, culpa. Præterita culpa. Vetus, Obsoletum, Nouum, Inauditum, Quotidianum crimen. *Actiones.*) Vereri culpam. Metuere, Reformidare, Pertimescere, Extimescere, Horrere crimen. Angi suspicione culpæ. Quærere, Apparare, Comparare crimen alicui, vel in aliquem. Oriri, Exoriri, Nasci crimen. Causa, Fons, Autor, Caput criminis. Facere, Committere crimen, vel culpam. Fieri, Committi aliquid culpa alicuius. Accidere culpam alicui, vel culpâ alicuius. Contingere aliquid culpâ alicuius. Contrahere culpam. Subire, Suscipere crimen, vel culpam. Incurrere, Deduci in crimen. Contaminare se culpa. Fingere, Confingere, Excogitare, Componere, Conflare, Contexere, Colligere crimen, vel crimina in aliquem. Constituere crimen in aliquo. Vti crimine. Arguere aliquem crimine, vel de crimine. Coarguere crimen, vel culpam: Insimulatio, Suspicio criminis. Vocare aliquem in crimen, vel in iudicium criminum. Reuocare rem in crimen. Accersere, Arcessere, Insectari aliquē crimine. Rem afferre alicui crimen. In iudicium afferre crimen. Conferre crimen, vel culpam in aliquem. Deferre crimen ad aliquem. Inferre crimen alicui. Nomen alicuius de-

deferre: & Nominis delatio. Iacere, Conijcere, Inijcere crimē, vel telum in aliquem. Obijcere, Obiectare alicui crimen. Ponere alicui in crimine, vel criminis loco. In culpa ac suspicione ponere aliquem. Dare aliquid crimini, aut culpæ. Tribuere, Attribuere, Assignare culpam. Esse crimen aut culpam alicuius: & Crimini esse: & In re crimen, vel culpam esse. Inesse, Subesse culpam. Versari crimen in re. Consistere, Residere culpam in aliquo. Hærere crimen, culpam, telum in aliquo. Pertinere crimen, vel culpam ad aliquem. Valere crimen in aliquem. Teneri culpâ. Coniungi crimine, aut societate criminis cum aliquo. Socium, Affinem esse culpæ. Congredi, Pugnare cū aliquo criminibus. Reprehendere crimen vel culpam. Perstringere crimen. Accusare aliquem criminibus. Culpam alicuius accusare. Reum facere culpæ, vel rei capitalis. Exponere, Proponere, Explicare, Exprimere crimina. Probare, Confirmare crimen. Testes accommodare ad crimen. Conuincere criminibus testimonijsq;. Augere, Adaugere crimen, vel culpam. Agnoscere, Confiteri, Non negare crimen, vel culpam. Iudicem, Disceptatorem esse criminis. Ponderare, Cognoscere, Recognoscere, Tenere crimen. Credere crimini. Castigare ob noxiam, vel pro noxia: Correctio culpæ. Damnare, Condemnare, Condemnari aliquē crimine, aut ob culpam. Vindicare culpam. Premi, Opprimi, Obrui criminibus. Laborare crimine. Obstare crimen. Pudere aliquem criminis. Commoueri recordatione culpæ. Perire crimine. Occurrere, Resistere, Obsistere crimini. Oppugnare crimen. Respondere crimini. Defendere crimen: Defensio criminis, vel contra crimen. Defensorem parare, Patronum adhibere culpæ, aut criminum. Purgare, Deprecari crimen. Excipere tela. Supponere se reum criminibus pro altero. Sustinere crimen, vel culpam. Præstare culpam. Mederi crimini. Negare, Inficiari, Contemnere, Extenuare, Minuere, Diluere, Propulsare, Dissoluere, Refellere, Depellere crimen: Dissolutio, Depulsio criminis. Deriuare, Remouere, Amouere, Dimouere crimen, vel culpam: Remotio criminis. Transferre, Referre crimen, vel culpam. Resilire, in alium recidere crimen. Eximere aliquem à culpa. Adimere ignominiam criminis. Condonare crimen. Liberare aliquem crimine, vel culpa. Liberationem culpæ impetrare. Vitare culpam. Effugere, Subterfugere crimen. Elabi ex crimine. Extinguere, Extingui, Concidere crimen. Tollere crimen. Abesse à crimine, vel culpa: & Culpam ab aliquo abesse. Vacare, Carere culpa, vel crimine. Sine crimine, aut culpa, Extra culpam esse.

Reus, eyn Beklagter. *Sons*, Schuldig der that. *Nocens*, *Noxius*, *Obnoxius*, Schädlich/

lich/ Verhafft. *Accusatus*, Verklagt. *Delatus*, *Indicatus*, *Insimulatus*, Angeben/Gezigen. *Citatus*, Fürgefordert.

Adiuncta.) Tanti facinoris reus. Innocens, Afflictus, Infirmus, Eneruatus, Confitens, Improbus, Audax, Pecuniosus, Profusus, Perditus, Humilis, Sordidus, Nocens, Nocentissimus, Turpis, Inuidiosus, Extraordinarius reus. *Actiones.)* Deligere, Præripere alicui reum. Facere, Fieri, Supponere se reum pro aliquo. Referre aliquem in reos. Citare, Adducere, Arripere, Tradere iudicum sententijs reum. Esse reum. Accusare tanquam reum, aut nocentem. Orationem commentari, Crimina colligere in reum. Argui reum facinoris. Coargui testibus reum. Causam dicere; Confiteri aliquid reum. Patrocinium polliceri reo. Opitulari sontibus. Adesse reo. Dicere pro reo. Defendere reum. Iudices considere in reum. Iudicare de reo. Decernere aliquid in reum. Condemnari nocentem. Frangi reum. Comprehendere, Punire sontes. Coërcere noxium. Concedere, Largiri aliquid reo. Absolui, Reuocari reum. Eximere, Eximi de, vel è reis. Eripi, Surripi, Elabi reum. Aculeos mittere in reum. Opprimi, Damnari, Condemnari reos. Pedibus trahi &c.

Accusari, Deferri, Citari, Iudicari &c. suprà eodem L.

DEFENSIO, Verthädigung. *Patrocinium*, Beschirmung. *Propugnatio*, *Præsidium*, Vertrettung/ Verfechtung. *Aduocatio*, Beistand im Rechten. *Clientela*, Schirm. *Excusatio*, *Purgatio*, Entschuldigung/ Beschönung. *Exceptio*, Außflucht. *Recusatio*, *Negatio*, *Inficiatio*, Wägerung/ Verneynung der Klag. *Reclamatio*, Widersprechung. *Remotio*, Ableynung.

Adiuncta) Magna excusatio. Maximæ duæ, Amplissimæ, Tantæ clientelæ. Plurimorum patrocinia. Tam copiosa aduocatio. Breuis, Confusa, Vniuersa, Præclara, Commoda, defensio. Honesta, Illustris clientela. Ingeniosa defensio. Probabilis, Sapiens, Legitima, Iusta, Idonea excusatio, recusatio. Necessitatis excusatio. Æquitas, Fides defensionis. Pietatis plena defensio, excusatio. Autoritas defensionis. Constans, perpetua, fortis, inuicta defensio. Firmissima fundamenta defensionis. Facilis & prompta, Perfacilis & perexpedita)(Perdifficilis, Lubrica defensio. Tenuis, Leuis, Vulgaris, Infirma, Misera ac perdita, Perditissima defensio. Excusatio misera,

misera, nulla. Aliquid excusationis. Turpis excusatio, defensio. Angustior, iniquiorq;, Mala & improba, Iniqua, Perniciosa defensio. Extranea, Longè repetita defensio. Prouincialis clientela. Prætoria, Vetus, Vsitata exceptio. Repentina defensio, patrocinium. Extrema defensio. Perpetua propugnatio. *Actiones.*) Egere, Indigere defensionis, vel patrocinio. Opus esse excusatione. Quęrere defensionē, excusationem. Confugere in patrocinium alicuius. Conferre se in fidem & clientelam. Petere opem, auxilium, præsidium. Postulare, Impetrare exceptionē. Polliceri patrocinium. Dare alicui defensionem, excusationē, exceptionem. Patefacere alicui defensionem. Esse alicui defensionem, excusationem. In fide & clientela alicuius esse. Habere defensionem, excusationem. Locum relinqui defensioni. Suscipere defensionē, patrocinium, propugnationem. Accipere clientelas. Sumere defensionem. Arripere patrocinium. Traducere ad se clientelam. Excogitare, Fingere, Reperire, Inuenire defensionem. Parare excusationem. Comparare defensionem, clientelas. Constituere defensionem. Exoriri defensionē. Descendere in defensionem. Introitus defensionis. Afferre, Relinquere excusationem. Iacere fundamenta defensionis. Vti defensione, patrocinio, aduocatione, excusatione. Defendere rē excusatione aliqua. Patrocinio defendere, vel tueri. Clientelā tueri. Tegere aliquid defensione, vel excusatione. Confirmare, Regere, Colere clientelas. Permanere in defensione. Probare defensionem, vel excusationē, Accipere excusationem, satisfactionem alicuius. Valere excusationē. Ignoscere in excusatione aliqua. Pertimescere defensionem. Repudiare patrociniū. Respuere & pro nihilo putare defensionem. Resistere, Obsistere defensioni, excusationi. Impedire defensionem. Excludi exceptione. Præcidere defensionem. Confici gladio quodam defensionem. Discutere aduocationem. Auferre clientelam. Spoliare autoritate defensionē. Prætermittere defensionem. Amittere clientelas. Deesse alicui patrocinium, aut propugnationem.

Defensor, Defendens, eyn Verthädiger. *Patronus*, eyn Verträtter/Fürsprech. *Propugnator*, eyn Verfächter. *Aduocatus*, eyn Beiständer im Rechten. *Excusans*, Entschuldigēd. *Inficiator*, eyn Widsprecher des was rechtlich gefordert würd.

Adiuncta.) Magnus patronus, Multitudo patronorum. Idoneus defensor. Disertissimus, Diligentissimus, Studiosissim⁹ patronus, defensor. Assiduus, Cōstantissimus, Acerrimus, Nimium litigiosus, concitus ad rixā, ineptus ac stultus defensor. Lenti inficiatores. Impudentia inficiatorum. Malus, Deterrimus, Obscurissimus, Cōsularis, Mercenarius

cenarius

cenarius patronus. *Actiones.*) Quærere patronum. Inuocare aduocatum. Dare, Constituere, Adoptare defensorem, vel patronum. Venire aduocatum alicui. Adhibere patronum. Habere defensores, patrōos, propugnatores. Esse defensorem, patronum, aduocatum alicuius, vel alicui. Existere patronum causæ. Repudiare patronū. Relinqui ab aduocatis. Deesse alicui patronos, Sine patrōo, vel aduocato esse.

Defensus, Vertheydigt. *Excusatus*, Entschuldigt. *Purgatus*, Beschönt. *Cliens*, der vnder eynsen Schirm ist.

Adiuncta.) Vehementer excusatus. Satis firmo præsidio defensus. Parum purgatus. Vetus, Nouus cliens. *Actiones*) Recipere, Habere clientem. Esse clientem alicuius. Præsidium porrigere & tendere clientibus. Iniurias propulsare à clientibus.

Defendere, Verthädigen. *Defensitare*, offt Verthädigē. *Patrocinari*, Beistehen. *Propugnare*, Verfechtē. *Tueri*, *Tegere*, *Protegere*, Beschirmen. *Opitulari*, Helffen. *Aduocare*, zum Beistand erbetten. *Adesse*, Beistehen. *Excusare*, Entschuldigen. *Purgare*, Beschönen. *Recusare*, *Negare*, *Inficiari*, Wägeren was im Rechten begehrt wirrd.

Adiuncta) Copiosè, Copiosissimè, Omni ratione, Magnopere, Breuissimè, Vehementer defendere. Non nimis excusare. Honestè, Libenter, Verè, Verissimè, Religiosè, Preclarè defendere. Studiosè defensitare. Maiore studio, Summis opibus, Diligenter, Diligentissimè, Maiore diligentia defendere, excusare. Omni cura, Accuratè, Acutissimè, prudentissimeq;, Ornatè, Ornatissimè, Facilè, Optima fide, Grauiùs, Grauissimè, Animosè, Fortiter, Liberè, Liberiùs, Acriùs, Acerrimè defendere, propugnare. Pro virili parte, Audacter, Nimis præfractè, Pugnacissimè, Firmo præsidio, Benignè, Non grauatè, Probabiliter, Timidè, Improbè, Negligenter, Parùm diligenter, Publicè, Vulgò, Diu multumq;, Ad extremum defendere. In dies, In perpetuum excusare.

TESTIMONIVM, eyn Zeugnuß/ Kundschafft. *Testatio*, *Testificatio*, *Contestatio*, *Obtestatio*; Bezeugung. *Iudicium*, *Autoritas*, das Ansehen im Zeugnuß.

Adiuncta) Maius testimonium. Maxima contestatio. Copia testimoniorum. Tot testimonia, iudicia. Sum̄a testificatio. Præclarum testimonium. Singulare iudicium. Debitum, Verum, Veritatis, Firmum, Firmissimū, Sanctissimum testimonium. Autoritas firma. Certius testimonium. Rata, Consentiens hominū autoritas. Perscriptæ, Cōsignatæ, Iureiurando deuinctæ

 autori-

autoritates. Religio & fides sancta testimoniorum. Incorrupta, Grauia, Grauissima testimonia, vel iudicia: Constantia, Autoritas testimonij. Vehementius, Acerrimum testimonium: Acre & certum iudicium. Leue testimonium: Leuior autoritas. Nullius momenti, Falsum, Improbũ, Improbiss. Publicũ testimonium: Autoritates publicę)(Priuatę. Mutuũ, Sui ipsi᷒, Æternũ, Sempiternũ testimonium: Testificatio sempiterna. *Actiones)* Indigere testimonij. Quærere testimonium, autoritatẽ. Confugere ad autoritates. Petere testimonium ab aliquo: Autoritatem petere, repetere. Sumere testimonium, autoritatem. Polliceri, Denunciare testimonium. Pertimescere testimoniũ, iudicium, Facere iudiciũ de aliquo. Dare, Tribuere, Impartire alicui testio nium. Dicere testimoniũ, aut ꝓ testimonio. Esse testimoniũ, vel testimonio. Habere testimoniũ, iudiciũ de re. Vti testimonio, testificatione, iudicio, autoritate: Abuti testimonio. Recitare testimoniũ, vel autoritatem: Legere testimoniũ. Testari aliquid autoritate. Docere testimonio, vel autoritate: Comprobare, Confirmare aliquid testimonio, iudicio, autoritate: Cõmunire aliquid testimonijs: Declarare, Planum facere, Conuincere testimonijs, autoritatibus. Audire testimonium alicuius: Suscipere autoritatẽ. Credere testimonio. Valere, Obtinere aliquid testimoniũ, vel autoritatẽ alicuius. Commoueri testimoniis. Impelli, Duci, Adduci autoritate. Colere religionem & fidem testimoniorum. Manere testificationem rei. Priuare aliquem testimonio. Obrui, Premi, Lædi testimõio. Obesse alicui testimoniũ. Contemnere autoritates. Refutare, Effugere testimoniũ. Tolli testificationẽ. Rẽouere, Prætermittere, Omittere autoritatem.

Testis, eyn Zeug. *Attestans*, *Contestans*, Bezeugend. *Autor*, eyn Vhrfänger/Bestättiger. *Arbiter*, eyn Beiweser.

Adiuncta) Multi, Plures, Plurimi, Quãplurimi testes. Multitudo, Numerus tantus testiũ: Tot testes: Satis testium. Inopia testiũ. Probus, Optimus, Honestissim᷒, Clarus, Clariss. Præclarus testis, vel autor. Egregius, Idoneus, Verus, Certissimus testis. Dignitas, Constantia testis. Grauis, Grauior, Pergrauis, Satis grauis & idoneus testis, vel autor. Locuples, Locupletiss. Religiosus, Religiosissimus, Sanctissimus, Incorruptus, Integer, Non mediocris testis. Incertus, Cupidi, Irati, Coniurati, à religione remoti testes: Stultus, leuis testis. Concitati re, leuitate, egestate, perfidia, audacia præditi testes. Inimicus, Fictus, Falsus, Improbus testis. Vrbani, Prouinciales, Nostri, Alienigenę, Viui & præsentes, Nocturni testes. *Actiones)* Rẽ egere testibus. Conquirere, Conducere, Colligere testes. Inuenire autorem. Timere, Constituere testem rei. Parare, Comparare, Adornare, Subornare, Instruere testem. Poscere, Citare, Excitare, Cõcitare testes. Dare, Edere,

Edere, Adducere, Deducere, Producere, Proferre, Prodire testē, vel testes. Vti teste, vel testibus. Accommodare, Adhibere testē. Esse testem, autorem rei, vel homini. Habere testem rei. Interrogare testes. Dicere aliquid testē. Audire, Expendere testem. Discere aliquid ex testibus. Confirmare aliquid, Planū facere, Conuincere testibus. Obrui, Opprimi, Teneri testibus. Probari testem alicui. Credere, Confidere testi. Corrumpi testes. Lædi à testibus. Improbare, Contemnere, Infirmare, Refutare testes. Refelli orationem testium. Abducere iudices à testibus. Priuari teste. Remoueri arbitros.

Testatꝰ, Cōtestatꝰ, Bezeugt. *Testari, Testificari*, Bezeugē. *Attestari, Contestari, Obtestari*, zum Zeugen fordern.

Adiuncta.) Maximè testificari aliquid summa frequentia. Omnes homines deosq; testari, vel testificari. Iure obtestari. Statim testificari. Sæpe, Sæpiùs testari.

QVAESTIO, Peinliche frag/ Folterung. *Carnificina*, *Cruciatus*, Peinigung. *Tormentum*, *Equuleus*, *Rota*, ic Folter.

Adiuncta.) Certa, Integra, Incorrupta quęstio. Grauiora tormenta: Vis tormentorum acerrimorum. Infinitæ, Crudelissimæ quæstiones. Ficto quæstio: Falsæ conscriptiones quæstionū. *Actiones*) Minari, Minitari tormenta. Postulare, Polliceri aliquos in quæstionē. Constitui, Esse, Haberi quæstionem de re. Adhibere, Interponere tormenta, quæstionem. Dare aliquem in quæstionem, vel tormenta. Ire in equuleum: Subire carnificinam: Ascendere in rotam. Imponi, Coniici in equuleum. Torqueri equuleo. Quæri tormētis & cruciatibꝰ. Cogi tormentis cōfiteri. Prætermitti nullā vim tormentorū. Ferre, Perferre fortiter & patienter equuleum, tortorem, tormenta. Gubernare, Moderari, Regere, Flectere, Corrumpere, Infirmare tormenta. Dicere, Confiteri, Pronunciare aliquid in quæstione. Comprobari aliquid quæstionibus. Confirmare)(Infirmare quæstiōes. Conscribere, Obsignare quæstiones. Credere quæstionibus. Vrgere aliquem quæstiones. Fugitare quæstionem. Resistere quæstionibus, dicendo. Perrumpere, Subleuari quæstionem. Necari in tormentis.

Quæsitor, eyn Verhörer inn der Folterung. *Tortor*, *Carnifex*, der Peiniger/ Folterer.

Actiones.) Opus esse tortore: Quæsitor regit tormenta. Audire aliquid velle quæsitorem. Videre os tortoris. Defessum esse tortorem & tormenta.

Quærere, Peinliche frag/ oder Folterung halten. *Torquere*, Peinigen/ Folterē.

IVDICATIO, die Vrtheylūg.

Iudicium, *Iudicatum*, das Vrthel/ der Entscheydt. *Præiudicium*, *Præiudicatũ*, eyn vorgefällt Vrthel. *Diiudicatio*, *Disceptatio*, *Cognitio*, *Decisio*, Erörterũg/ Entscheydung. *Pronunciatio*, *Sentẽtia*, *Suffragiũ &c.* der Außspruch. *v. & L. 34.*

Adiuncta.) Magna dijudicatio. Maius iudicatum. Tanta, Multa, Pręclara iudicia. Amplissimũ, Sanctiss. Graue, Grauissimum, Liberum, Solutum, Non obscurum, Tacitum, Turpissimum iudiciũ. Forenses disceptationes. Censorium iudicium, graue, seuerissimum, Domesticũ iudicium. Solitarium, aut rarum iudicatum. Inconstantia rerum iudicatarum. *Actiones*) Patere iudicatũ. Dare cognitionem alicui. Committere iudicium. Vereri, Comparare præiudicium. Pertimescere, Expectare, Subire iudicium. Venire rem in disceptationem. Vocari in controuersiã. Versari in disceptatione. Esse alicuius iudicium, aut cognitionem rei. Facere, Fieri iudicium, præiudicium. Ferre iudicium, sententiam. Statuere aliquid iudicio. Extare iudicium alicuius de re. Liberari, Vinci, Condemnari iudicio. Comprobari iudicium interpositum. Firmari iudicium, vel iudicatum)(Infirmari. Valere iudicium alicuius pro præjudicio. Ratum habere iudicatum. Obseruare aliquid vt rem iudicatam. Confugere ad autoritatem rerum iudicatarum. Stare in iudicato. Negare iudicatum. Non facere iudicatum. Iudicatum solui satisdare, vel satis accipere. Contemnere, Reprehendere iudicium autoritatemq; aliquorum. Fugere iudicium & pœnam. Referre rem iudicatam. Recognoscere iudicium. Labefactare, Rescindere, Irritam facere rem iudicatam. Tollere de ciuitate iudicium.

Iudex, eyn Richter. *Disceptator*, *Disceptans*, eyn Schiedmañ. *Disceptatrix*, eyn Entscheyderin. *Aestimator*, *Existimator &c.* L. 28. *Quæsitor*, oberster Richter. *Assessor*, eyn Beisitzer/ Rathgeber. *Pedarius*, eyn Mitstimmender Richter.

Adiuncta) Numerus, Consessus, Pars maior iudicum. Pauci iudices. Inopia iudicũ. Magnus, Honestus, Bonus, Melior, Optim⁹, Idoneus, Lectus, Selectus, Edititius, Dignitate, Potestate, Autoritate præditus, Gloriosus, Sapiens, Sapientiss. Multũ in posterũ prospiciens iudex. Sapiẽtia, Prudentia, Prouidentia iudicis. Erectus, Lentus & consideratus, Ingeniosus, Peritus, Æquus, Æqssimus iudex, æstimator. Clẽens, Misericors iudex: Clemẽtia, Bonitas iudicis. Verus, Veriss. Iuratus, Religiosus iudex: Fides & religio iudicis. Sanctissim⁹, Iustiss. Integer, quietusq;, Tristis, Grauis, Seuerus, Seueriss. Diligens iudex, disceptator: Grauitas, Seueritas, Sæuitia iudicis. Acer, Acer-

Acerrimus, Durior, Inexorabilis iudex: Crudelitas iudicum. Oscitans, Inuitus, Iratus, Inimicus, Infestus, Timidus, Cupidus, Surdus, Demens, Stultus, Leuis, Numarius, Emptus, Iniquus, Nequam, Nequissimus, Turpis iudex: Sordes, Libido, Periurium, Egestas, Turpitudo, Culpa, Dedecus iudicum. Peregrinus, Ignotus, Nugatorius, Manipularis iudex. Domesticus disceptator. Vetus, Nouus, Repentinus iudex. *Actiones.*) Opus esse iudice. Rogare, Postulare, Poscere, Deposcere iudicem, vel disceptatorem. Legere, Deligere, Seligere iudices. Dare iudicem, assessorem. Edere iudicē, quæsitorem. Sumere, Ferre, Probare, Comprobare iudicem. Sortiri, Subsortiri iudices. Constituere, Parare iudicē. Citare, Arcessere, Cogere, Compellere iudices. Ire in consilium, Sedere, Cōsidere, Assidere iudices. Esse, Præesse causæ iudicem, aut quæsitorem. Habere aliquē iudicē, vel in numero iudicū. Vti iudicibus. Venire, Confugere ad iudicem. Opem, consilium, sapientiam &c. eorum implorare. Supplicem esse iudicibus. Petere aliquid à iudicibus. Docere iudices. Probare aliquid, Commendare, Permittere, Persuadere iudicib⁹. Pertractare animos iudicum. Mouere, Cōmouere, Permouere eos, vel mentes eorum. Adducere, Deducere, Allicere, Incitare, Excitare, Impellere, Incendere, Inflammare, Mitigare, Lenire iudices, vel animos iudicum. Agere causam apud iudices. Disceptare, Cognoscere rem, Iudicare de re, Deliberare, Statuere aliquid, Pronunciare, Sententiam ferre iudices. Impetrare aliqd à iudicibus. Absolui, Liberari sententijs iudicū. Offendere apud iudices. Abalienare à se iudices. Damnari, Condemnari à iudice. Non retinere eundem iudicem. Corrūpere pecūia iudicē. Redimere hominē, vel rem. Peierare iudicē. Odio esse, Vereri, Timere, Fugere, Horrere iudicem. Effugere non posse iudicibus aliqbus. Resistere iudicibus. Commutare, Reijcere iudices. Amittere autoritatem & nomen iudicis. Tollere iudices.

Iudicatus, Geurtheylt / Gericht. *Dijudicatus*, Entscheyden. *Præiudicatus*, zuuor Gericht. *Adiudicat⁹*, Zuerkēnt. *Cognitus*, Erkannt.

Iudicare, Vrtheylen / Richtē. *Dijudicare*, Entscheydē. *Præiudicare*, Vorurtheylen. *Adiudicare*, Zusprechen. *Abiudicare*, Absprechen. *Disceptare*, Thādigen. *Statuere, Constituere, Decernere, Pronūciare*, Schliessen / Sprechen. v. L. 34.

Adiuncta) Maximè, Bene, Optimè, Rectè & ordine iudicare. Dijudicare rectè. Sapienter disceptare. Prouidere, Prudentiam postulare in iudicando. Diligenter, Diligentiùs, & propè fastidiosè iudicare, dijudicare. Liberè iudicare. Potestatem omnem iudi-

iudicandi dare, habere, eripere. Iuste sapienterq; disceptare. Verè, Verissimè, Integrè, Incorruptè, Sine cupiditate, odio, inuidia, Fortiter, Mansuete, Magnificè, Grauiùs, Grauissimè, Vehementissime, Seuerè, Seuerissimè, Religiosè, Sanctè iudicare: Fides, Religio, Seueritas in iudicando. Libenter, Gratis, Ex æquo & bono, Leuiùs, Facilè, Facillimè, Secundum aliquem)(Contra, Aliter, Dissimiliter, Malè, Vitiose, Perperàm, Deprauatè, Dissolutè, Impetu & temeritate aliqua iudicare. Arroganter præiudicare. Pecuniam accipere ob iudicandum. Indicta causa, Falsum, Publicè)(Priuatim: Maturissimè)(Tardissimè, Iterum, Toties iudicare. Nunquam dijudicare.

ABSOLVTIO, Ledigsprechung. *Liberatio*, Freilassung. *Libertas, Licentia*, L. 30. *Impunitas, Venia*, L. 51.

Adiuncta) Libidinosissimæ liberationes reorum. *Actiones*) Impetrare liberationem culpæ, errati veniam. Fieri absolutionē.

Absolutus, Lediggesprochen. *Liberatus*, Freigelassen. *Datus, Condonatus*, Nachgeben/ Geschenckt.

Absoluere, Ledigsprechen. *Liberare*, Freilassen. *Dare, Condonare, Concedere, Remittere, Ignoscere; Veniam dare*, Nachlassen. v. L. 51.

Adiuncta) Copiosè, Omnibus sententijs, Honestissimè, Sutorio atramento, Citò absolui.

DAMNATIO, Verdamung. *Proscriptio, Publicatio &c.* v. L. 51.

Adiuncta) Falsa, Acerbissima, Multò inuidiosior absentis damnatio. *Actiones.*) Dignum esse damnatione. Offerre se ad damnationē. Contēnere pœnas damnatiōis. Remorari damnationē.

Damnatus, Cōdemnatus, Verdampt. *Addictus, Proscriptus*, Verurtheylt. & L. 51.

Adiuncta) Tot scelerum damnatus. *Actiones*) Damnati pœnam esse mortem, exilium. Sustinere pœnam damnati. Restitui, In integrum restitui damnatum.

Damnare, Condemnare, Verdammen. *Addicere*, Verurtheilen.

Adiuncta.) Omnium sententijs condemnari. Re, Opīione penè, Honestè, Iudicio, Iniquè damnari. Incognita causa condemnari. Turpi iudicio, Faciliùs damnari. Insigni nota & ignominia, Capitis condemnari.

APPELLATIO, *Prouocatio*, Beruffung/ oder Ladung für eynen andern Richter.

Adiuncta) Improbissima appellatio. *Actiones.*) Dari, Esse prouocationem. Intercedere appellationem. Sine prouocatione fieri aliquid.

Appellator, der eynen andern Richter anrufft.

Appellare, Prouocare, Appellieren / für eynen andern Richter laden.

COMPERENDINATIO, *Comperendinatus,* Auffschub deß Rechten. *Iusticium,* Einstellung der Rechten.

Adiuncta.) Vnus dies medius comperendinatus. *Actiones*) Suscipere, Edicere, Indicere iusticium. Adimere comperendinatū.

Comperendinatus, der den Rechtstag auffgeschoben.

Comperendinare, ari, den Rechtstag auffschiebē. *Ampliare,* mit dem Vrthel verziehen. *Differre, Proferre, Procrastinari &c. v. L. 49.*

DE PACE, ET BELLO.

Locvs XXXVI.

PAX, der Fride. *Pacificatio,* Fridshädlung. *Tranquillitas, Otium, Quies,* Friedsams Rühiges wesen. *& L. 47. Induciæ,* Anstand. *Concordia, Compositio,* Eynigkeyt. *L. 52.*

Adiuncta) Summa pax, tranquillitas, otium. Triginta dierum induciæ. Explorata, Tuta, Tranquilla, Vtilior, Iniusta pax. Dulce & salutare, Dulcissimum & pulcherrimum nomē pacis: Ornamenta & dignitas pacis. Pia, Diuturna, Æterna pax. Commune, Forense otium. *Actiones*) Amantissimum, Cupidissimum esse otij. Delectari otio. Hortari ad pacem. Quærere pacem, vel otium. Prospicere, Consulere otio, paci. Spem esse pacis, pacificationis. Conciliare pacē. Afferre pacem, tranquillitatem, otium. Facere, Fieri pacem, inducias cum aliquo. Conficere, Constituere pacem: Pacisci inducias. Dari, Esse pacem, tranquillitatē, inducias: In otio esse. Habere pacem. Tenere otium. Vti pace. Referre se in otiū: Recipere in quietem. Interponere se in pacificationem. Confirmari, Seruare pacem. Consistere in pace, Agere aliquid, Dimittere aliquem &c. cum pace. Timere otium. Hostē, Inimicum esse otij & pacis. Perturbare otium. Eripi pacem.

Pacatus, Fridlich. *Pacificus,* Fridfärtig. *Tranquillus, Quietus, Otiosus,* Still / Rühig.

Pacificator, Pacator, eyn Friedenmacher.

Pacare, Befridigen. *Pacificari,* Friden machen. *Tranquillare,* Stillen.

Pacatè, Fridlich. *Tranquillè,* Rühiglich.

FOEDUS, eyn Bůd/ Bůndnuß. *Pactio*, eyn Vertrag. *Societas, Amicitia*, Gesellschafft. & L. 52.

Adiuncta) Vis fœderis. Singulare, Honestū, Pium, Iustum, Æquissimū, Religiosum, Sanctissimum, Sacrosanctū, Ratum, Vix satis firmum, Dubitationem habens, Inferius, Incredible, Turpissimum, Nefarium fœdus. *Actiones*.) Asciscere aliquos ad fœdus. Emere precio ius fœderis. Assequi fœdus. Venire ad pactionem aliquam. Pacisci fœdus: Pactio fœderis. Facere, Fieri fœdus, pacem, pactionem. Conficere pactiones. Icere, Ferire, Sācire fœdus: Sanctio fœderis. Iungere se, Coniūgi, Deuincire, Obstrictum teneri, Irretitum esse fœdere. Confirmari societatem fœdere. Iubere, Comprobare fœdus. Caueri, Cautum esse, Excipi, Exceptum esse aliquid fœdere. Interpretatio, Interpres fœderis. Conseruare religionem fœderum. Patronus fœderum. Teneri, Renouari fœdus. Opitulari alicui. Præsidio esse fœdus. Imperare, Debere aliquid ex fœdere. Impediri fœdere. Inficiari, Improbare fœdus. Contra fœdus facere. Violare, Negligere, Rumpere, Frangere, Infirmare, Conuellere fœdus. Tollere memoriam fœderis. Sine fœdere esse.

Fœderatus, eyn Bundtsgenoß. *Socialis*, zur Gesellschafft gehörig. *Socius*, eyn Gesell/ Helffer im Krieg.

Commilito, eyn Spießgesell.

Pacisci, Verbůnden/ Vertrag machen.

Fœdifragus, Bundbrůchig.

CONIVRATIO, eyn Zusammenschwerung. *Conspiratio*, zusammen Rottung. *Factio, Partes, Causa*, Meuterei/ zertheylte Rotten. *Defectio*, Abfall. *Seditio*, Auffruhr. *Concitatio, Motus*, Entpörung/ Auffstād. *Tumultus, Turba*, Auffrůhrisch wesen. *Rebellio*, Widerstrebung. *Discordia, Dissensio, Dissidium, &c.* v. L. 52.

Adiuncta) Magna seditio, pars, tumultus, motus. Maximus motus, turbæ. Tanta, Quanta coniuratio, seditio, causa, motus, tumultus. Incredibilis conspiratio. Multæ seditiones, cōiurationes, factiones. Minimus motus. Bona, Optima causa, pars. Honesta, Præclarissima, Sanctissima. Superior causa. Iusta, Necessaria seditio, defectio. Vtilis motus. Durior causa. Grauissimæ seditiones: Tempestates seditionum ac discordiarum. Impetus coniurationis. Terribilis, Horribilis tumultus. Occulta coniuratio. Dubia causa. Temerarius motus. Mala, Deterior, Impia, Impudentissima causa. Scelerata, Sceleratissima coniuratio,

ratio, conſpiratio. Fœdiſſima, Turpiſſima cauſa. Pericula & inſidiæ coniurationis. Pernicioſa, Pernicioſiſsima cauſa, coniuratio, ſeditio, diſcordia. Exitioſa coniuratio. Perdita cauſa. Communis, Publica, Diſſimilis cauſa. Ciuilis coniuratio, tumultus. Domeſticæ ſeditiones. Tumultus domeſticus, finitimus, inteſtin⁹. Vetus coniuratio)(Recens. Priſtina cauſa. Proximus tumultus, Repentinus. Nouus mot⁹, turba. Nocturna ſeditio. *Actiones*) Quærere motus. Decernere tumultũ. Denunciari ſeditiones. Timere motus: Timor & opinio ſeditionis. Cõparare tumultũ. Cauſa, Principiũ, Princeps, Dux, Signifer, Autor ſeditionis, coniurationis. Conflari ſeditionem, conſpirationem. Comoueri tumultum, ſeditionẽ. Concitari, Excitari ſeditiõem, tumultum. Incitari animos ad ſeditionem. Afferre, Introducere ſeditiones, diſcordiam. Inijci ciuitati tumultum. Naſci ſeditiones, coniurationem. Oriri ſeditionem. Accidere motum. Facere, Fieri ſeditionem, turbas, coniurationem, motum. Efficere motus. Eſſe motum rei: & Rem eſſe in motu. Videre motum in Rep. Approbare, Sequi cauſam. Adiungere aliquos ad cauſam. Coniungere cauſam cum aliquo. Accedere ad coniurationem. Deſcendere, Demittere in cauſam. Suſcipere, Amplecti cauſam. Eſſe partis alicui⁹: & In parte, cauſa, coniuratione eſſe. Verſari in cauſa, coniuratione, motu. Erumpere coniurationem, palamq́; volitare. Amicum eſſe cauſæ. Socium, Participem eſſe coniurationis. Adiuuare conſpirationem, cauſam. Defendere cauſam, partem, coniurationem. Ornare ſeditionem. Perſeuerare in cauſa. Confidere cauſæ. Valere causâ. Parêre cauſæ. Reuiuiſcere, Recreari, Viuere cauſam: Redintegratio coniuratiõis. Perturbare remp. ſeditionibus. Obſeſſam, Incenſam eſſe ciuitatem coniuratione. Ardere coniurationem. Tremere regionẽ tumultu. Abhorrere à cauſa. Odiſſe cauſam. Inimicum, Inimiciſsimum, Iratiorem eſſe cauſæ, coniurationi. Inuidiam concitari in factionẽ, coniurationem. Improbare, Vituperare, Condemnare cauſam. Reſiſtere coniurationi. Obſiſtere cauſæ. Pugnare cum cauſa. Oppugnare partes. Confligere contra conſpirationem. Nocere cauſæ. Lædi, Vinci, Inferiorem eſſe cauſam. Inueſtigare, Indicari, Inuenire, Deprehendere, Patefacere, Patere, Cognitam eſſe, Conſtrictam teneri coniurationem. Vocari in ſuſpicionẽ coniuratiõis. Prodi cauſam. Deferri, Proferri, Accuſari coniurationẽ. Prohibere motus. Retardari impetus, Retundere tela coniurationis. Labefactare coniurationẽ. Dirīere conſpirationẽ. Depellere aliquẽ à ſuſcepta cauſa. Recedere, Deſciſcere à cauſa. Relinquere cauſam. Deeſſe cauſæ. Diſſidere cũ cauſa. Reprimi ſeditionẽ. Opprimi coniurationẽ. Cedere, Concidere in cauſa. Intercludere ſeditionũ vias. Sedare, Vindicare, Extĩguere ſeditionẽ, coniuratiõnẽ. Reſtingui ſeditionẽ, conſpirationem. Remotum, Remotiſſ. eſſe à cauſa, à tumultus ſuſpicione. Extra coniurationẽ, Sine tumultu eſſe.

Coniuratus, der zu andern Geschworn. *Conspirans*, zusammen Rottend. *Factiosus*, *Seditiosus*, Meuterisch/ Auffrüihrisch. *Concitator*, eyn Meutmacher. *Incitatus*, Erregt. *Tumultuosus*, *Turbulentus*, Entpört. *Malepacatus*, Vnfridlich.

Coniurare, zusamen Schweren. *Conspirare*, Rottieren. *Deficere*, *Desciscere*, Abfallē. *Concitare*, *Incitare*, *Commouere*, Erregē. *Turbare*, Verirren. *Tumultuari*, Toben.

Adiuncta) Planè deficere. Mirabiliter omnes conspirare. Palàm turbari. Flagitiose desciscere. *Re*pentè deficere. Sæpe tūultuari.

Seditiosè, Auffrühriſch. *Tumultuosè*, Vnrühiglich. *Turbulentè*, *Turbulenter*, *&c*. L. 48.

BELLVM, eyn Krieg. *Duellū*, eyn Kampff zweyer Personen. *Militia*, Kriegshādel. *Expeditio*, eyn Zug. *Arma*, *Castra*, *Mars*, *Res bellica*, *Res militaris*, Kriegswesen.

Adiuncta) Magnum, Maius, Maximum bellum: Magnitudo belli. Tantum, Quantū, Longè lateq; diuisum atq; dispersum bellum. Parua, aut nulla bella. Preclara castra. Occultum, Obuolutum, Inuolutum, Insidiosum, Non dubium, Iustum, Iustiss. Non iniustum bellum, duellū. Necessariū, Graue, Grauissimū, Vehemēs bellum: Grauitas, Vis, Turba, Impetus, Fluctus belli. Acre, Acerrimum, Durissimum, Acerbum, Acerbissimum, Periculosum, Periculosissimum, Horribile, Horrificum, Formidolosissimum, Malum, Inutile, Tetrum, Teterrimum, Iniustum, Impium, Sacrilegum, Sceleratissimum, Nefarium, Turpe, Fœdissimū, Crudele, Crudeliss. Miserum, Miserrimum, Fatale, Triste & turbulentū, Perniciosum, Calamitosum, Pestiferum, Exitiosum, Exitiabile, Funestū, Luctuosum, Luctuosiss. bellum. Naturale, Commune bellum: Mars Cōmunis. Externum)(Domesticū, Hostile, *M*aritimū)(Terrestre, Finitimum, Intestinū, Ciuile, Seruile, Muliebre, Diuturnū, Æternū, Inexpiabile, Infinitū, Vetus, Superius, Præsens, Futurū, Instans, Nouum bellū. *Actiones*.) Optare, Cupere, Concupiscere bellum. Delectare aliquem bellum. Studere rei militari. Studio esse militiam: Ardere studio belli. Inflammato animo esse ad bellum. Dare, Tradere se rei militari: Attingere, Discere rem militarem: Scientia rei militaris eruditus: Peritus rei militaris)(Rudis: Tenere disciplinam rei militaris. Cogitare, Quærere, Flagitare bellum: Totum consiliū ad bellum spectare. Timere, Pertimescere, Metuere bellum, Martem. Metus, Terror

Terror, Horror belli. Spectare rē ad castra. Suspicionem esse belli. Impendêre, Instare, Appropinquare bellum. Expectare, Excitare. Concitare, Suscitare, Mouere, Cōmouere, Conflare bellū. Accidere, Oriri, Exoriri, Nasci, Exardere, Erumpere bellū. Suscipere, Indicere, Denunicare bellum. Incumbere ad bellum: Parare, Apparare, Comparare, Instruere bellū: Apparatus, Cōparatio, Instrumēta belli. Collocare alicubi, Constituere rē militarē. Administrare, Tolerare bellum: Subsidiū, Ornāentum, Horreum, Adiumentū, Facultas, Opportunitas, Propugnaculū belli. Socios, Adiutores belli adhibere: Venire in societatē belli: Cōiungere bellum. Vocare, Hortari ad bellum, vel arma: Traducere, Impellere aliquos ad bellū. Imperatorē, Ducem ad bellum deposcere, expetere, deligere, mittere: Præficere, Præponere aliquem bello: Deferre alicui, Dare gerendū, Cōmittere, Transmittere bellum. Mitti ad bellū. Proficisci in militiam: Sequi militiā: Ire, Exire ad militiam, vel bellū: Egredi, Accedere ad bellū. Educere exercitum in expeditionē. Interesse bello: In castris esse: Versari in bello. Obligare militiæ sacramento remanentem in exercitu. Perfungi militiâ. Ferre, Perferre, Tolerare militiam. Videre castra. Vsu militari præditum esse: Virtute, Industria, Disciplina militari valere. Inchoare, Afficere bellum: Tentare rē armis & castris. Facere, Inferre, Gerere bellum, duellum: Castris rem geri: Agere rem duelli: Agitare rem militarem. Administrare bellum, rem bellicam, vel militarem: Administratio, Administrator belli. Gubernare, Sustinere bellū. Impediri, Distīeri bello. Lacessere, Tentare, Persequi aliquem, Decertare bello. Inuehi Detrudi aliquò, Peruadere bellum. Esse, Existere, Versari, Geri, Habere, Residere bellū alicubi: Ardere, Flagrare, Premi, Opprimi, Vexari bello. Pati, Experiri, Accidere aduersi aliquid, Calamitatem accipere, Maculam suscipere in bello: Casus, Fortuna, Exitus, Euentus belli incertus, anceps: Discrimen belli. Vincere, Vinci, Deuincere, Superare, Superari, Subigi, Domari bello. Capere aliquos bello. Cadere, Occidere in bello. Vastari, Infestari, Percelli, Prosterni bello. Conficere, Perficere, Absoluere bellum: Extrema persequi, Reliquias opprimere belli. Ducere, Trahere, Alere bellum. Restare partem, Reliquum aliquid esse belli. Instaurare, Renouare, Redintegrare, Renasci bellum. Fessum esse bello. Componi, Sedari, Attenuari, Imminui, Comprimi, Opprimi, Repelli, Depelli, Propulsare bellum: Refutare aliquos bello. Profligare, Prohibere, Omittere, Effugere bellum: Subterfugere militiam. Vitare bellum: Abesse, Vacuum esse à bello. Seruari, Reliquum, Saluum esse ex bello. Liberare bello: Eripere è faucib. belli & conseruare. Extinguere, Restinguere bellum, vel reliqas belli: Delere, Depōere, Tollere, Sepelire bellū: Finē facere belli.

Reuoca-

Reuocare à bello. Relinquere bellum. Discedere à bello. Victorem esse belli. Triumphare ex bello. Conquiescere bella. Vacare à bellis. Vacationem militiæ dari, vel esse.

Bellicus, Militaris, Castrensis, zum Krieg/ oder Läger gehörig. *Bellicosus,* Kriegisch/ Streitbar.

Bellator, eyn Krieger. *Bellatrix,* eyn Kriegerin. *Miles,* eyn Kriegsmann/ Lanndsknecht.

Adiuncta) Multi, Permulti, Complures milites: Multitudo, Numerus, Copiæ magnæ militum. Pars, Paucitas, Reliquiæ militũ. Bon⁹, Melior, Optimus, Prudẽs, Sanctissimus, Pudicus, Firmus, Fortissimus miles: Fortitudo, Virtus, Constantia, Vis, Robur militum. Vehemens bellator. Acres, Paratissimi ad pręliandũ. Horridi, Gloriosi, Veterani, Gregarij, Tirones milites. Imperita multitudo militũ. Inexercitat⁹, Ignauus, Timidus, Sine animo, Improbus, Corruptus, Perditus, Egens miles: Timiditas, Improbitas militum. Legionarius, Auxiliarius, Scutatus, Nocturnus miles. *Actiones.)* Poscere, Conscribere, Cõuocare, Legere, Colligere, Contrahere, Comparare, Dare milites. Fieri, Esse militẽ. Nauare operam imperatori, Habere, Præstò esse milites. Alere, Pascere milites. Sumptũ facere in militem. Stipendium reddere militibus: Præmia promittere, vel tribuere, Prõissa soluere, Satisfacere. Delinire, Confirmare, Firmos efficere, Hortari ad prœliandũ, Cohortari ad pugnãdum, Armare, Instruere milites. Confidere militibus suis. Educere, Deducere, Mittere aliquò, Collocare in loco milites. Cingere aliqd, Obsidere, Occupare, Retinere, Delere militib⁹, vi aut armis militũ. Dedere aliquẽ telis militum. Esse, Vagari alicubi, Hybernare milites. Reuocare, Abducere, Deducere, Conseruare, Dimittere milites. Tradere alteri partẽ militum. Transire, Cõfugere ad aliquẽ, Tradere se alicui milites. Stare, Locũ tenere, Fugere, Effugere, In fugã se dare milites. Deseri, Dissipari, Vulnerari, Capi, Necari, Consumi fame, aut morbo, Perire, Interire milites. Amittere, Desiderare milites. Orbari militibus.

Bellare, Belligerare, Kriegen. *Militare, Merere, Mereri,* Krieg brauchen.

Adiuncta.) Par in belligerando. Sua sponte, Gigantum more, Longè à domo bellare.

Belli, Militiæ, Foris, im Krieg/ Ausserhalb.

HOSTILITAS, *Inimicitia,* Feindschafft. *v. L. 52.*

Hostilis, Feindlich.

Hostis, *Inimicus,* eyn Feind. *& L. 52.* *Perduellis,* eyn abgesagter Feind.

Adiũcta) Plurimi hostes. Magnæ copiæ hostiũ. Dijs hominibusq; hostis. Acerrimus, Nefarius, Teterrimus, Crudeliss. Ferus, Imanis, Capitalis, Perdit⁹, Cõmunis,

Omnium

Omniũ gentium, Armatus hostis. *Actiones)* Esse hostem alicuius, vel alicui. Crescere, Corroborari hostes. Timere, Aspicere hostes. Mittere exercitum contra hostes. Opponere, Obijcere se, Obsistere hosti. Imittere se, Impetũ facere in hostẽ. Pugnare, Confligere cũ hoste. Defendere aliqd ab hoste. Detrahere aliquid hosti. Prosternere, Fundere, Superare, Occidere hostes. Reprimere & Retardare impetus hostium.

Hostiliter, Inimicè, Feindlicher weise.

APPARATVS, Apparatio, Comparatio, Rüstung zum Krieg. *& L.30. Conquisitio,* Werbung d' Kriegsleuthe. *Instructio*, Außrüstung. *Delectus,* Musterung.

Adiuncta) Magni, Diligentissimi, Acerrimi delect⁹. Superbiss. delect⁹, & durissima conqsitio. *Actiones)* Scribere, Habere delectũ. Colligere exercitũ delectu.

Paratus, Comparatus, Gerüst. *Instructus,* Außgerüst. *Expeditus,* Färtig. *Conquisitus,* Zusammen gelesen. *Delectus, Electus,* Gemustert.

Adiuncta.) Bene, Optimè, Satis, Minùs paratus.

Parare, Apparare, Comparare, Rüsten zum Krieg. *Instruere,* Bewehrẽ. *Conquirere, Cõscribere, Cogere,* Kriegsleuth werbẽ/oder Zusamẽn bringen. *Legere, Deligere, Eligere,* Musteren. *Armare, infrà eodem L.*

Imparatus, Inermis, Ungerüst.

EXERCITVS, Copia, vel Copiæ, eyn Kriegshör oder Hauffen. *Copiolæ,* eyn Häufflin Kriegsleuth. *Miles, Manus,* Kriegsleuthe. *Ordo, Legio, Cohors, Caterua,* eyn Schaar Kriegsknechte. *Turma,* eyn Geschwader Reuter.

Bulla, eyn Boll/ Spange/ Bisemknopff.

SCEPTRVM, eyn Königstab. *Caduceum*, eyn Heroldsstab. *Baculus*, *Baculum*, eyn Stab.

Stäblin. *Scipio*, eyn Stab daruff man sich stewret.

Adiuncta.) Inflexum, Incuruatum bacillum. *Actiones.*) Conijcere bacillos. Tundere bacillo.

Crepundia, Puppenwerck. *Pupa*, eyn Pupp/ Tockge.

LIGAMEN, *Ligamentũ*, eyn Band. *Fascia*, *Fasciola*, eyn Bändel/ Gebänd.

Teniæ, Haubenbändel.

Lemnisci, Thrasen/oder Fleyderlin.

Impilia, Haarschnür/ Einflechten.

Strophium, eyn Breißrieme.

CINCTVS, Gürtung. *Cingulum*, *Zona*, eyn Gürtel. *Balteus*, *Balteum*, eyn Gürtel mit Eisen beschlagen.

Actiones.) Circumdari cingulis.

Cinctus, Gegürtet. *Succinctꝰ*, Vmbgürtet/ Geschürtzt.

Cingere, Gürten. *Succingere*, Vmbgürten/ Schürtzen.

FIBVLA, eyn Hafftc. *Vncinulus*, eyn Häcklin.

Orbiculus, eyn Ringlin.

Nodulus, *Globulꝰ*, eyn Knöpfflin.

Ligula, eyn Nestel.

Genualia, Hosenbendel.

Corrigia, eyn Schuchrieme.

DE FACVLTATIBVS, ET PECVNIA.

LOCVS XLIII.

POSSESSIO, Besitzung eynes Guts: *Possesiuncula*, eyn Gütlin dz besessen.

Bona, orum, Haab vñ Gut.

Res, *Res familiaris*, *Ratiões*, *Facultates*, *Fortunæ*, Narung/ Vermögẽ. *Pecunia*, *Nummi*, Gelt/ Gut. *Aurũ*, *Argentũ*, Gold vñ Silber.

Regnũ, Herrschafft. *Prædiũ*, *Fundus*, *Ager &c.* v. L. II. *Diuitiæ*, *Opes*, *Copiæ &c.* L. 45.

Adiũcta.) Magna, Maior, Maxima, Permagna pecũia, possessio, res, fortunæ. Grãdis, Pergrãdis, Prægrãdis, Ingẽs, Immanis pecũnia. Ampla, Amplißs. res familiaris, pecũia, fortunę. Sũma, Tanta, Quãta pecunia, possessio, bona. Latitudo possessionũ. Infinita pecunia, pondꝰ auri. Multæ & variç possessiones, pecuniæ, res. Plus pecuniæ, rei familiaris. Innumerabiles possessiões, pecũniæ, põdus auri. Tãtus numerus ac sũma pecuniæ. Copia bonorum,

rum, rerũ, rei familiaris. Vis, Põdus magnũ vel grande auri, vel argẽti. Aceruі tanti pecuniẹ. Abundans pecunia: Abũdãtia bonorum, fortunæ. Tã plena atq; pclara pecunia. Tota, Omnis, Vniuersa pecunia, res, bona. Dimidium, Pars pecuniẹ: Aliquãtum numorum & auri. Adesa, Tenuis pecunia: Attenuatissimẹ familiares fortũ. Parua, Paruula, Minor, Nõ magna pecunia, res, possessio: Multò minor, Valde exigua res familiaris. Inopia, Angustiẹ incredibiles pecuniẹ, vel familiaris rei. Imbecilla & cõmutabilia pecuniẹ mẽbra. Reliqæ ambustæ fortunarũ. Desperatæ pecuniẹ. Honesta pecunia. Meliores, Faciliores res domesticæ, fortunæ. Pulcherrima, Voluptaria possessio. Iucũda pecũia, res familiaris. Certa pecunia: Stabilis & certa possessio. Sacrosanctẹ possessiones alicuiˢ. Empta, Libera, Imũnis possessio. Expeditissima, Leuiss. alicui. Non inuidiosa pecunia, possessio, aurũ. Incertæ, In casu positẹ, In incertũ dubiũq; vocatæ, Vacuæ possessiões. Satis ĩpudẽs pecunia. Flagitiosa possessio. Cruẽta, Funesta, Signata, Obsignata pecunia. Factũ atq; signatũ argentũ. Numerata, Publica, Priuata pecũia, possessio, res. Aduentitia pecunia, res. Alienẹ possessiones, bona, res, pecunia. Extraordinaria, Credita, Debita, Redacta, Mutua pecunia. Propria, Paterna, Auita possessio, bona, res: Patria bona, res, fortunæ. Fraterna bona. Vrbanæ, Rusticæ possessiões. Vetˢ, Recẽs, Noua res: Vetustas possessiõis: Antiqua pecũia. Diuturna, Perpetua possessio. Præsens pecunia. Caducẹ atq; vacuẹ possessiões. *Actiones.)* Appetere, Expetere, Cõcupiscere pecuniã: Cupidũ, Auidũ esse pecuniæ: Cupiditas, Amor, Auiditas, Dulcedo, Libido pecũiæ. Pluris æstĩare aurũ. Põere õnia in pecunia. Antepõere, Prẹferre, Antiquiorẽ, Suauiorẽ alicui esse, Desiderare pecuniã. Opˢ esse, Egere pecũia: Indigere pecuniæ, auri. Studere pecuniẹ: Diligẽtẽ esse in re familiari. Habere rationẽ rei familiaris. Seruire pecuniẹ. Quærere, Cõqrere pecuniam. Imperare alicui, Polliceri, Promittere, Spõdere, Legare, Credere, Mutuã dare pecuniã. Cõmodare, Cõmittere alicui aurũ. Depõere apud aliquẽ, Debere pecũiã: Debitio pecuniæ. Appellare aliquẽ de pecunia: Petere, Repetere, Postulare, Poscere, Exigere, Redigere, Cõciliare, Conflare pecuniã. Cogere, Exprimere, Extorquere pecuniã. Curare pecũiã alicui. Dare, Reddere pecuniã. Tradere possessiunculas, bona, rẽ, pecuniã. Instituere hæredẽ bonis: Relinquere bona. Attribuere alicui, Cõtribuere, Largiri, Suppeditare, Subministrare pecuniã. Iuuare, Adiuuare, Subleuare aliquẽ pecunia. Expedire, Soluere, Dissoluere, Persoluere, Péndere, Appendere, Numerare, Adnumerare, Dinũerare pecuniã. Mittere pecuniã: In possessionẽ mittere, aut immittere aliquẽ. Ferre, Afferre, Deferre, Referre pecuniã. Exportare, Deportare aurũ. Inuehere, Põere alicubi, Depõere pecuniã. Deduci, Ire, Proficisci, Venire, Põere pedẽ in possessionẽ: Bona venire, pvenire ad aliquẽ. Irruere, Aduolare in poss. Emere possessionem. Capere, Accipere pecuniam. Occupare possessio-

poſſeſſionem, pecuniam. Sumere pecuniam, aurum. Recipere, Recuperare, Reportare, Corripere, Vertere, Conuertere ad ſe, vel domum ſuam pecuniã. Parare, Comparare poſſeſſiones, pecuniam, bona, rem. Facere, Conficere, Reficere pecuniam. Acquirere facultates. Fœnerari, Lucrifacere, Conſequi, Reperire pecuniam. Conſtituere alicubi fortunas, vel rem familiarem. Congeri, Coaceruari, Conſtrui pecuniam. Locupletare, Augere aliquem fortunis, pecunijs. Dominum fieri pecuniæ. Eſſe alicui poſſeſſionem, pecuniam, facultates, aurum, argentum: In poſſeſſione, In bonis eſſe. Habere poſſeſſiones, facultates, fortunas, pecuniã, bona, res, aurum. Tenere, Obtinere poſſeſſiones, pecuniam, bona. Poſſidere pecuniam, bona. Ornatum eſſe fortunis: Florere opib⁹, fortuniſq;: Circumfluere, Refertum eſſe pecunia: Redundare, Superare alicui pecuniam. Diuitem, Principem, Primariũ, Primum eſſe pecunia. Contentum, Satiatum eſſe pecuniâ, fortuniſq;. Delectari re familiari, bonis, poſſeſſiunculis. Commẽdare alicui rem, fortunas, poſſeſſiones, bona. Curæ alicui eſſe res, fortunas. Prouidere, Proſpicere, Conſulere rationibus ſuis. Vigilare, Laborare, Cuſtodiam habere pro, vel de re alicuius. Tueri poſſeſſionem, rem, fortunas, res familiares vel domeſticas. Defendere, Confirmare, Seruare, Conſeruare, Retinere poſſeſſionem, pecuniam, rem, bona. Permanere in poſſeſſione: & Stabilem ac certam alicui permanere poſſeſſionem. Supprimere, Condere, Occultare, Celare, Latere, Relinquere domi, Iacēre pecuniam. Augere facultates ſuas, pecunias, rem familiarem. Amplificare, Exaggerare fortunas. Amplificationem, Acceſſionem fieri fortunæ, rei familiaris. Explere auaritiam pecunia. Oſtentare pecuniam: Oſtentatio, Oſtẽtator pecuniæ: Inſolentem, Superbiorem, Iactantem eſſe in pecunia, bonis. Vti poſſeſſiunculis, bonis, facultatibus, pecunia, re: Frui fortunis, bonis: Vſus, Fructus, Præſidium, Subſidiũ pecuniæ. Tractare, Collocare, Permutare pecuniam, facultates: Permutatio pecuniæ. Verſuram fieri pecuniarum. Polliceri alicui, Deferre facultates ſuas: Aperire rem familiarem: Patére, Præſtò eſſe rem familiarem. Promere alicunde, Depromere, Erogare, Expendere, Appendere, Impendere, Conferre pecuniam, aurum, facultates, bona, fortunas. Dare de bonis: Largitionem fieri ex re familiari. Diuidere, Diſtribuere, Partiri, Diſpertiri pecuniam, bona: Impartiri de re familiari. Suſtentare aliquid auro: Ornare, Decorare, Reficere, Parare, Comparare, Emere, Coëmere, Redimere, Liberare, Tentare, Oppugnare, Opprimere, Circumvenire, Capere, Mouere, Commouere, Conciliare, Corrumpere, Perſuadere, Adducere, Inducere, Deducere aliquẽ, vel aliquid pecuniâ. Negligere res ſuas, rem familiarem, pecuniam: Malè conſulere rebus ſuis. Relinquere aurum, argentum, res. Exhaurire pecuniam,

res. Profundere, Effundere, Dissipare, Dilapidare pecuniã, res, bona. Frangi, dissipari, diripi, Dilabi sinere rem familiarẽ. Conijcere, Deijcere, Consumere pecuniam. Comedere bona, rem: Deuorare pecuniam, bona, fortunas: Abligurire fortunas. Despicere, Pro nihilo putare, Contemnere, Repudiare pecuniam, aurum. Abstinere, Cohibere manus à pecunijs, auro. Concupiscere fortunas alterius. Contendere de possessione: Contentio, Controuersia possessionis. Agi bona, res alicuius. Creare, Fieri periculũ & insidias fortunis. In incertum, In dubium reuocari bona, fortunas, possessiones. Laborare, Perturbari in re familiari: Implicatio rei familiaris. Timere suis rebus: Diffidere fortunis. Abijcere, Relinquere fortunas. Interdici alicui bonis: Remouere aliquem à re familiari. Inuadere pecunias, fortunas: Impetum facere, fieri in fortunas, bona, pecuniam alicuius. Imminere bonis, fortunis alicuius, Aspirare, Accedere ad pecuniam alicuius. Mittere se in possessiones: Immittere in bona. Manus afferre bonis. Vexare, Expugnare bona, fortunas. Mouere possessiones alicuius: Dimouere aliquem possessione, vel ex, vel de possessionibus. Pellere, Depellere, Expellere, Deijcere, Eijcere, Deijcere aliquem possessione, bonis, fortunis. Deturbare, Exturbare aliquem possessionibus, bonis, aut de possessiõib. fortunis. Proscribere, Publicare, Consecrare bona alicuius. Præconi subijcere, Venales habere, Vendere, Vẽire possessiones, bona, fortunas. Emere, Coemere bona, fortũas alterius. Addicere, Condonare alicui bona. Transferre possessiones, res. Tradi alteri cum bonis. Dominari, Dominum esse in bonis alterius: Imperium potestatemq; habere in bona alicuius. Detrahere pecuniam, aut de pecunia, possessione, bonis. Minuere, Diminuere, Comminuere possessiones, bona, rem familiarem. Adimere alicui bona, fortunas, pecuniã. Auertere, Auferre, Detrahere pecuniam, bona, aurum, argentũ. Rapere, Eripere, Diripere bona, fortunas, possessiones, rem, pecuniã: Direptio, Direptor bonorum. Prædari de bonis. Priuare, Spoliare, Mulctare, Fraudare aliquẽ fortunis, pecunia, bonis, auro. Lacerari pecuniam. Euertere aliquem bonis, fortunis: Delere fortunas. Cedere possessione: Decedere de possessione, bonis: Recedere rem ab aliquo: Deseri á re familiari. Amittere possessionem, rem, fortunas, bona, pecuniam: Dimittere morte fortunas suas: Amissio bonorum. Perdere, Deperdere, Disperdere bona, possessiones: Perire rem. Iacturam facere rei familiaris: Ruina, Lacuna, Naufragium, Incendium, Pernicies rei familiaris, vel fortunarum. Carere fortunis. Vacuum esse à bonis. Deesse pecuniam: Imparatum esse à pecunia: Egere pecuniâ. Deficere, Non suppetere rem. Repetere bona sua, possessiones, rem. Reddere, Restituere fortunas, bona, rem: In possessionem restituere. Recuperare fortunas, bona, res suas.

Possessor, eyn Besitzer. *Pecuniosus, Nummatus, Diues, Opulentus, &c v. L.45.*
Adiuncta) Acerrimus, Turpissimus possessor. *Actiones.*) Condonare rem possessori. Esse, Habere, Augere, Defendere, Mouere, Pellere suis sedibus possessorē.

Possidere, Besitzen. *Tenere, Obtinere, Habere*, Inhabē.
Adiuncta.) Plurimum, Verè, Ex edicto, Non vi, nec clàm, nec precariò, Impudentissimè, Publicè, Communiter, Simul cum altero, Priùs possidere.

HAEREDITAS, eyn Erbschafft. *Hærediolum*, eyn Erbgütlin. *Patrimonium*, das Vätterlich Erbgut/ Verlassenschafft. *Dos*, eyn Ehesteur/ Zugab.
Adiuncta.) Magna, Permagna, Maior, Maxima hæreditas, patrimonium. Amplum, Ampliss. Copiosum patrimoniū. Tanta, Quanta hæreditas, patrimonium: Non tenuissimum patrimonium. Multæ hæreditates. Lautum patrimonium. Optima hæreditas. Ornatissimum, Luculentum patrimonium. Vera hæreditas. Publicum patrimonium. Communis, Paterna, Caduca hæreditas. *Actiones.*) Relinquere patrimonium liberis. Debitio dotis. Quærere, Petere, Persequi hæreditatem. Certare, Ambigere, Venire in controuersiam de hæreditate: Agere in hæreditatem. Cernere hęreditatē. Conficere dotem filiæ. Adire, Obire hæreditatem. Conuertere ad se hæreditatē. Venire, Peruenire ad aliquem, Obuenire alicui, Dare, Condonare, Tradere hæreditatem: Patrimonium tradi à parentib. Concedere, Cōmittere, Reddere alicui hæreditatem. Locupletare & ornare dote. Capere hæreditatem: Accipere patrimonium, dotem. Tenere, Obtinere hæreditatem, patrimoniū. Possidere aliquid hæreditate: Patrimonium possidere. Dare, Tradere alicui, Transferre ad aliquem possessionem hæreditatis. Defendere, Propugnare, Augere, Amplificare patrimoniū. Vti malè patrimonio. Gubernare suum patrimoniū. Relinquere ius hæreditatis. Negligere, Consumere, Conficere, Dissipare, Effundere, Profundere, Comedere, Deuorare patrimoniū: Gurges, Vorago, Heluo, Scopulus patrimonij. Expellere nudum è patrimonio: Excludi hæreditate. Adimere, Eripere hæreditatē, patrimonium. Spoliari patrimonio. Amittere hæreditatem, patrimonium.

Hæres, eyn Erb. *Cohæres*, eyn Miterb. *Dotata*, mit eyner Ehesteur begabte.
Adiuncta. Ex parte, Ex dimidia, tertia parte, sextante, deunce, semuncia &c. hæres. Veri hæredes. Lege, Testamento, Repentinus, Secundus hæres. *Actiones*) Relinquere, Instituere, Facere, Factitare, Scribere aliquē hæredē. Coniungere cohæredes. Esse alicui hæredē, cohæredē. Extare hæredē alicui. Gerere omnia ꝑ hærede. Peruenire rem ad hæredes. Mouere hæredes: Succedere in eorum locum.

Hæred-

Hæreditarius, Erblich/ oder Ererbt. *Dotalis*, zur Ehesteur gehörig.

EXHAERFDATIO, *Abdicatio*, Enterbung / Außschliessung eynes Erben.

Exhæres, Exhæredatus, Enterbt. *Indotata*, der Ehesteur oder Zugab beraubte.

Exhæredare, Enterben.

REDITVS, *Prouentus*, das Einkommen Gefäll. *Fructus annuus*, die jährliche Frucht. *Census*, Zinß *Quæstus, Lucrum &c. L.* 50.

Redire, Prouenire, Gefallen. *Quærere, Lucrari &c. v. L.* 50.

DE FINE ACTIONVM, DE BONO, ET FELICITATE.

LOCVS XLIIII.

BONVM, das Gute. *Melius*, das Bessere. *Optimum*, das Beste. *Commodum, Commoditas, Vtile, Vtilitas, &c. v. L.* 45.

Adiuncta) Magnum, Maximum, Summum, Vltimum, Extremũ, bonum, vel bonorum. Finis bonorum, vel boni. Amplitudines bonorum. Tantum, Quantum boni. Longè optimum. Nimiũ boni. Mediocriter bonum. Simplex, solum, vnum bonũ. Duo, Tria, Plura genera bonorum: *Multa, Plura*, Tot, Omnia bona. Copia, Cumulus, Frequentia, Abundantia bonorum: Refertus, Abundans, Affluens bonis. Parua, Exigua, Perexigua, Minuta bona. Præstans, Excellens, Egregium, Verum, Laudabile, Expetendum, Honestum, Rectum bonum. Animi, Corporis, Fortunæ, Fortuitum, Externũ, Necessarium, Fructuosum, Lætabile, cum voluptate, aut delectatione coniunctum bonum. Opinatum, Diuinum, Naturale, Naturæ, Animantis, Hominis, Pecudis, Paternum, Auitum, Alienum, Proprium, Præteritum, Præsens, Stabile, Fixum, Perpetuum, Longinqus, Breui⁹ bonũ. *Rarissimum* quodq; optimum.

Actiones.) Cogitare, Videri, Appetere, Exqrere bonũ. Numerare, Ducere, Habere, Putare, Põere, Statuere aliquid bonum, vel in bonis. Nosse, Cognoscere, Intelligere, Iudicare, Diiudicare, Discernere bonum, optimum: Deligere bona, reijcere contraria: Anteponere melius deteriori. Vertere in bonum. Sequi, Quærere bonum. Precari à deo, Petere alicunde, Sperare, Expectare bona, meliora. Afferre, *Efficere* aliquid boni. *Prouenire*, Proficisci bonum ex malis &c.

Peruenire ad bonum. Offerri, Dari, Suppeditari, Porrigi, Tribui bona. Affici bonis. Impetrare, Assequi, Consequi, Adipisci, Nancisci, Capere, Accipere, Percipere, Sumere bonum. Potiri bono. Habere, Tenere, Possidere bonum. In potestate alicuius esse bonum. Participē, Instructū, Ornatū, Ornatiss. Plenū, Refertū, Abundantē esse bonis: Expleri, Abundare bonis: Redundare alicui bonū. Esse alicui bonū, vel bōo rē: & in re esse, vel inesse bonū. Vti, Frui, Perfungi bono. Prodesse alicui bonum. Delectari, Gaudere bono. Conseruari, Permanere, Tueri, Augere, Alere, Crescere bonum: Incrementū afferre bono. Confidere Diffidere bonis suis. Angi bono alieno. Contemnere, Amittere bona. Eripi)(Restitui bona. Priuari, Spoliari, Exspoliari, Destitui bonis. Abducere, Discedere, Abesse à bonis, ab optimo. Carere bono. Vacuum esse à bonis.

Bonus, Gut. *Melior*, Besser. *Optimus*, der Beste. *Perbonus*, fast Gut. *Bellus*, *Bellissimus*, Fein. *Potior*, *Potissimus*, Wärder. *Commodus*, *Vtilis*, *Opportunus &c. v. L. 45.*

Adiuncta.) Longè optimus. Quàm, Valde, Satis bellus.

Conducere, *Expedire*, *Commodare &c. v. L. 45.*

Bene, Güttiglich/ Wol. *Meliùs*, *Meliusculè*, Besser. *Optimè*, am Besten. *Bellè*, *Bellißimè*, *Perbellè*, fast Fein. *Commodè*, Bequemlich. *Percommodè*, fast Bequēlich. *Rectè*, *Probè*, *L 46.*

Adiuncta.) Meliùs quàm: Magis commodè quàm. Omnibus partibus commodiùs. Tam bellè. Quàm bellissimè. Valde bene. Perbene: Perbellè: Percommodè. Planè bene, bellè. Sanè bene. Satis cōmodè, bellè. Non satis, Parùm cōmodè. Minùs bene, bellè.

MALUM, das Böse/ Arge. *Peius*, *Deterius*, das Aergere. *Peßimum*, *Deterrimum*, das Aergeste. *Defectus*, *Vitium*, *Prauitas*, *Peruersitas*, Brästen/ Mangel/ Verkehrung. *Incommodū*, *Damnum*, *Detrimentum*, Schaden. *v. L. 45.*

Adiuncta.) Magnum, Maius, Maximum, Summum, Vltimū, Extremum, Postremum, Ingēs, Infinitum, Tantum, Quantum malum. Moles mali. Grauiora mala. Multum, Plus mali: Multitudo, Numerus, Turba, Aliquot genera malorum. Duplex malum. Paruum, Minimum, Exiguū, Leuius malum. Nihil mali. Mediocre malum: Mediocritas mali. Tolerabile, Odiosum, Peius, Opinatum, Præmeditatum, Anteprouisum & expectatum, Improuisum, Insperatum

nec opinatum malum. Animi, Corporis, Fortunæ mala. Naturale, Voluntario iudicio contractũ, Natiuum, Delatum, Humanum, Commune, Fatale, Præcipuum, Ciuile, Alienum, Intestinum, Occultum, Inclusum, Præteritum, Inueteratum, Recens, Præsens, Vrgens, Nascens, Impēdens, Appropinquans, Futurũ, Æternum & infinitum, Sempiternum, Diuturnum malum. *Actiones*) Optare alicui, Velle, Cogitare, Precari, Minari malum. Seminator, Semen, Sementis, Stirps, Radix, Mater malorum. Facere, Efficere, Contrahere sua culpa, Concipere, Constituere, Conflare, Concitare, Miscere, Inferre, Afferre, Dare, Addere, Inuri malum alicui. Timere, Metuere malum: Metus mali. Prædicere, Impendêre, Longè antè videre, Prouidere, Expectare, Contueri malum: Expectatio, Scientia, Ignoratio malorum. Nasci, Renasci, Impendêre, Appropinquare, Insinuare se, Erumpere, Inuadere in Rempub. Venire, Aduenire, Euenire, Accidere malum: Aduentus mali. Crescere, Ingrauescere, Serpere longiùs, Disseminari latiùs, Occupare loca malum. Eligere)(Fugere malum. Incidere malum: & Incidere, Ruere, in mala. Accipere, Subire, Deberi alicui, Habere malum. Esse in malis: & Malo esse rem: & Inesse malum in re. Adesse alicui, Insidere, Permanere malum. Vrgeri malo. Sustinere, Sustentare malum. Onerari, Affici malis. Cogi, Adduci, Confici, Frangi, Debilitari, Opprimi, Concidere malo. Manere mala. Ferre, Pati, Gemere malum: Ingemiscere malo. Gaudere, Voluptatem capere alienis malis. Meminisse mala: Torqueri memoria malorum. Consolari aliquem in malis. Negligere, Non curare mala. Obliuisci malorum. Prospicere malo. Fugere, Vitare, Cauere malum: Declinare à malo. Resistere malo. Sedare, Sanare malum: Remedium, Sanatio malorum. Adducere, Abstrahere à malo: Detrahere aliquid de summa mali. Deijcere, Secernere mala. Minui, Leuiora fieri mala. Depellere, Prohibere malum: Depulsio mali. Opprimi, Tolli, Extingui, Deleri, Excindi malum. Portum inuenire, Terminum aspicere mali. Discedere à malis: Amittere sensum malorum. Requiescere à malis. Deesse malum. Expertem esse mali. Carere omni malo.

Malus, Böß / Arg. *Peior*, *Deterior*, Aerger. *Peßimus*, *Deterrimus*, Aergste. *Vitiosus*, Brästhafft. *Prauus*, *Peruersus*, Mangelhafft / Verkehrt. *Incommodus*, Vnbequem. *v. L. 45.*

Adiuncta) Tantò, Quantò deterior.

Incommodare, Schädlich sein. *Vitiare*, Brästhafft machen. *Deprauare*, *Peruertere*, Verkehren. *L. 45.*

Malè, Böߟlich / Vbel. *Peiùs*, *Deteriùs*, Aerger. *Peßimè*,

 Deterri-

Deterrimè, auff das aller Aergste. *Prauè, Vitiosè, Incommodè, Perperam v. L. 45.* *Adiuncta)* Multò peiùs. Paulò deteriùs quàm.

FELICITAS, Glückseligkeyt. *Beatitas, Beatitudo*, Seligkeyt. *Prosperitas, Prospera, Secunda, Fortuna*, Glück/ Wolfahrt. *Successio, Successus*, Fortgang.

Adiũcta) Beatior, Beatissima vita. Secundissimę res. Sũma felicitas. Altitudo fortunę. Valde secundi venti. Præstans, Florens, Excellens fortũa. Tanta, Quãta, Incredibilis, Par felicitas. Parum felicitatis. Optabilior, Magis expetenda, Laudabilis vita beata. Oblectatio beatę vitæ. Perpetua felicitas. Confecta atq; absoluta beata vita. *Actiones)* Expetere, Quærere beatam vitam. Dignissimum iudicare rebus secundissimis. Existere, Facere, Confici, Efficere, Perficere & absoluere, Compleri beatã vitam. Cadere beatitudinẽ in rem. Contineri re vitam beatam. Complecti beatam vitam. Perducere aliquem ad beatam vitam. Afferre alicui, Dare, Tribui, Pręstare felicitatẽ. Consequi successionem prosperam. Accidere, Euenire secunda, prospera)(Aduersa. Comparari, Suscipi, In potestate alicui⁹ esse, aut sitam esse beatam vitã. Habere felicitatem, cõmoditatem, prosperitatem. Esse in felicitate: Inesse, Extare felicitatem in aliquo. Secundas res, Secundos ventos esse alicui. Abundãs felicitatis. Vti felicitate, rebus secundis, prospero flatu fortũæ. Gerere, Geri, Fieri aliquid felicitate: Tribui aliquid felicitati alicuius. Cognitam esse felicitatẽ, Commoueri fortuna, Lætari felicitate alicuius. Spem reponere in felicitate. Gratulari, Congratulari felicitati alicuius. Meminisse iucũdè & suauiter secũda. Effrenati, sibiq; prędidentes reb' secundis. Dolere alicuius rebus secundis: Prosperis angi. Conseruari, Permanere, Proferre beatã vitã: Perpetua vti felicitate: Mori secundis suis rebus. Labefactari, Claudicare, Adimi, Eripi, Amitti beatam vitam. Relinquere, Euertere, Tolli beatam vitam. Deesse paululum ad beatam vitam.

Felix, Glückhafft. *Beatus*, Selig. *Perbeatus*, fast Selig. *Prosper, Faustus, Fortunatus*, Glücklich. *Florens*, Blüed. *Secundus*, Schleinig.

Adiuncta.) Satis, Nimium beatus: Nihilo beatior. Omnibus rebus felix vel felicior. Aliquantò felicior. Nihil, Nusquam fortunatius. Tam secundus. Quam beatissimus. Cumprimis, Sumè beatus. Verè fortunat⁹. Perfectè beatus. Valde secundus. Nimiũ, Minùs felix. Repentè tanquã somnio beatus. Assiduè, Tamdiu, Semper beatus. *Actiones)* Efficere, Putari, Videri, Haberi, Esse beatũ, fortunatũ. Viuere beatissimũ. Ex beato miserum fieri.

Fortunare, Glückhafft machen. *Florere, Florescere*, Grunen.

Grunen. *Succedere, Procedere rem*, Wolgehen.

Adiuncta.) Maximè, Præcipuè, Præ cæteris florere. Ex sententiâ succedere, procedere omnia. Bene, Prosperè, Pulcherrimè procedere. Satis, Honestissimè, Cum sum̃a dignitate florere. Ad summam gloriam florescere. Parũ, Secus, Nequaquam vt quis sperasset procedere. Minùs succedere. Tamdiu florere.

Feliciter, Felicißimè, Glücklichen. *Bene*, Wol. *suprà. Beatè, Beatißimè*, Seliglich. *Fortunatè, Faustè, Prosperè*, Glückhafftiglich.

Adiuncta) Satis feliciter.

INFELICITAS, Vnglück. *Miseria, Calamitas*, Elend. *Aduersitas, Aduersa*, Widerwertigkeyt. *Malũ*, Vbels. *Fatum, Fortuna, Infortunium, Casus*, Vnfall. *Aerumna, Labor, Molestia, Contentio*, Mühseligkeyt. *Clades*, eyn Niderlag. *Afflictio, Vexatio, Perpeßio*, Anfechtũg. *Cruciatus, Angustiæ*. Kreutz/Trangsal. *Tempus, Tempestas, Nubes, Procella, Fluctus, Ruina,, Vulnus*, Trübsal/Plag.

Adiũcta) Magna, Maior, Maxima calamitas, miseria, ærumna, angustia, tempus, tempestas, vulnus: Magnitudo calamitatis, miseriarum. Summa miseria, angustiæ, tempus. Tanta, Quanta calamitas, malũ, infelicitas, miseria, angustiæ, tempestas, ruina, vulnus. Par, Similis calamitas. Plus calamitatis. Tot, tanti, tam præcipites casus: Calamitates tot & tantæ. Ancipites, Varij incertiq; casus: Tempora, Tormenta fortunæ varia. Concursus calamitatum: Plenissima omnia miseriarum. Leuior casus. Parum miseriæ: Nihil calamitatis. Singularis calamitas, fatum. Insignis miseria. Incredibiles calamitates, angustię. Honestissima, Fatalis calamitas. Voluntaria miseria, perpessio, casus. Occulta vulnera. Aduersa ærumna. Deterior ruina. Indigna, Indignissima calamitas, perpessio. Iniustissima calamitas, perpessio. Iniquißimus, Periculosißimus casus. Difficile, Difficillimum, Summum tempus Reipub. Turbulentum, Turbulentissimum tempus, tempestas. Grauis, Grauißimus, Miserabilis casus, tempus, vulnus: Fortũa grauis acerbaq;. Infest⁹, Horribilis, Repentinus casus. Afflictæ, Abiectæ fortunæ, miserię. Misera multũq; iactata fortuna: Tempus, Tempora misera & extrema: Miserabilis casus. Aspera, Dura tempora. Extremum tempus, discrimen, dimicatio fortunæ. Acerbißimus casus, vexatio. Atrox, Atrocißima calãitas. Calamitosus & funestus casus. Triste, Tristiß. tẽpus. Humanæ, Com̃unes miseriæ, calamitas, casus, tempus, tẽpestas. Ciuilis tẽpestas. Publica calamitas, fatum. Priuata calamitas. Propria ruĩa.

Domestica tempora, mala, vulnera. Vetus, Inueterata) (Noua calamitas, vulnus. Improuisa, Præsens, Impendens calamitas. Rariores casus. Diuturna, Sempiterna miseria: Æterna ærumna. *Actiones*) Optare calamitatem, tempestatem aduersam. Metuere calamitatem: Metus, Formido calamitatis. Pertimescere res aduersas: Extimescere casus ancipites. Circumspicere procellas: Prospicere, Intueri tempestatem. Prædicere, Prænunciare calamitatem: Significatio & denunciatio calamitatũ. Quærere miseriam sibi. Machinari calamitatem. Excitare incendium miseriarum, tempestatem, procellam, ventum, fluctum. Fontem & caput esse miseriarum. Ferre, Afferre calamitatem. Importare calamitatē. Adducere, Cōpellere in angustias: Trahere in calamitatē. Sequi casus: Consequi miserias. Impendêre calamitates, fatum, tempestatem, ruinam: Proximum esse miseriæ. Demittere aliquem in casum. Redundare fluctus in aliquē: Circumiri fluctibus. Proponi ærumnam. Iácere caput alicuius in contentionem: Conijci, Inijci in flamam temporũ. Infligi alicui, Impōi vulnus: Percuti vulnere fortunę. Dare alicui, Relinquere, Accidere calamitatem, offensionem, aduersi aliquid. Incidere calamitatē: & In calamitatē, miseriā, ærumnā incidere. Opprimi miseria. Venire, Peruenire ad aliquem calamitatem: In flammam venire. Offerre se tempestatibus: Conferre se in fluctus. Subire calamitatē, tempestates, procellas, dimicationes. Suscipere, Accipere, Haurire miseriam, calamitatem, vulnus. Affici calamitate, ærumna. Facere ruinā. Habere vulnera. Esse in miserijs, calamitate, flamma. Versari, Viuere in miserijs, angustijs: Videre calamitatē. Sentire, Ferre miseriam, casum, ærumnam, res aduersas. Tolerare calamitatē. Perpeti ærumnas. Conflictari aduersus miserias. Affligi calamitate, casu: Percelli, Perculsum esse calamitate. Iactari tempestate, fluctibus. Serpere longius, Progredi, Peruadere aliquò, Propagari calamitatē. Accedere aliquid ad miserias: Augere calamitatem, aduersa. Angi dolore in miserijs. Premi miseria, calamitate. Opprimi ruinis. Vrgeri angustijs. Frangi miseria, calamitate. Excruciare aliquem miserias. Impedire tempora: Interpellare casum. Euerti tempestate. Tabescere in calamitate. Extingui vulnere: Premi casu: Perditum esse miserijs: Peruertere aliquē procellam. Crimini dare calamitatem. Ridere miseriam. Insultare in miserijs, in calamitate: Exultare ruinis aliquorum. Illudere fortunis. Insectari calamitatem. Maius efficere vulnus. Queri de calamitate: Conqueri fortunas, de miserijs. Deplorare calamitatem, de miserijs. Accusare fortunas suas. Flere miserias. Cognoscere, Nouisse miserias, vulnera, calamitatem. Videre calamitatem, Perspicere, Contēplari miserias. Expleri miserijs alicuius. Grauiter accipere casum, Cōmoueri miseriâ alicuius. Affici ærumna. Misereri temporis: Misericordiam adhibere in fortunis.

tunis. Dolere miseriâ, calamitate, rebus aduersis, vulnere alicuius. Mœrere calamitatẽ: Lugere fortunas, calamitatẽ, casum, tẽpora. Lamentari calamitatẽ. Socium, Comitẽ, Participem, Consortem esse calãitatis, temporũ. Corruere fato alicuius. Doceri, Doctũ esse calamitate, casu. Perfugiũ, Portũ esse alicui fortunę, calamitatis. Præstò esse, Non deesse, Consulere temporibus alicuius. Sustentare casũ opibus alicui'. Defendere à calamitate, in tempestate. Prohibere aliquos calamitate. Fulcire ruinas. Consolari miseriã, vel de miserijs. Deprecari calamitatẽ, miseriã. Cedere tempestati. Fugere fluctus & tempestatem: Subterfugere calamitatem: Vitare calamitatẽ, tempestatẽ, casus: Deuitare procellã. Auertere cogitationẽ à miserijs. Obliuisci temporum, miseriarum. Aberrare à miseria. Requiescere in miserijs. Mederi miserijs, vulneribus. Curare, Sanare vulnera. Amputare ramos miseriarum. Leuare calamitatem, uel calamitate, miserijs: Subleuare calamitates, miserias, vel in miserijs: Alleuare ærumnã: Res aduersas subleuari: Releuare casum: Leuamentum, Alleuamentum miseriarum. Detrahere calamitatem. Liberare calamitate. Vindicare aliquem à miserijs, Eripere miserijs, ex, vel à miseria. Euolare ex flamma: Emergere è fluctibus. Tollere, Propulsare calamitatẽ. Restinguere, Extinguere flammam. Finis, Quies miseriæ. Carere miseria: Seiunctum esse à miseria: Extra ruinam esse. Obliuione obruere aduersa.

Infelix, Vnglückhafftig. *Miser*, *Misellus*, *Calamitosus*, Elend. *Miserabilis*, *Miserandus*, Erbärmlich. *Improsper*, Vnglücklich. *Aduersq*, Widerwärtig. *Fatalis*, Verderblich. *Aerumnosus*, Mühselig. *Afflictus*, *Vexatus*, *Agitatus*, *Iactatus*, *Exercitus*, Geplagt. *Mulctatus*, *Cruciatus*, Gecreutzigt / Gepeinigt. *Patiens*, *Perferens*, *Perpetiens*, Leidend. *Stratus*, *Prostratus*, *Iacens*, Gefallẽ. *Vulneratus*, *Saucius*, Verwundt.

Adiuncta) Nemo infelicior, miserior. Eò, Quò, Hoc, Magis miser, exercitus. Maximè exagitatus. Summè miser. Vehementissimè vexatus. Grauissimè afflict'. Multis contumelijs vexatus, multis iactatus iniurijs. Omni supplicio excruciatus. Mirè miserabilis. Quàm miser, miserabilis: Nihil tam miserabile, Tam exercitũ: Nemo tàm afflictus. Ita afflictus vt nemo vnquam. Minùs miser. Malè affectus, mulctatus. Crudelissimè mulctatus, Iure, contũaciter, Vrbanè vexatus. Vndiq;, Nusquam miser. Multos annos, Multis seculis exagitatus. Sæpe miser. *Actiones*) Efficere miserũ, Reddere infestũ. Habere miserũ aut infestũ. Esse miserum. Deserere calamitosos. Deesse misero. Relinquere miserũ. Vrgere iacẽtem.

tem. Illudi miseros. Supplicē venire miserū, calāitosū. Subsidio venire misero. Dextrā porrigere afflicto & iacēti. Cōsolari afflictos. Defendere miseros calāitososq;. Mederi afflicto. Erigere, Recreare, Confirmare, Excitare afflictos. Seruare calāitosos. Liberari calamitate miserum.

Afflictor, *Vexator*, *Exagitator*, eyn Plager.

Adiuncta) Crudelis, Sceleratus, Vetus vexator.

Affligere, *Afflictare*, Plagen/ Bekümmeren. *Conflictari*, Geplagt werden. *Agitare*, *Exagitare*, Vmbtreiben. *Insectari*, *Persequi*, Verfolgē. *Exercere*, Anlassen/ Treiben. *Iactari*, Vmbgetriben werden. *Vexare*, *Diuexare*, *Cruciare*, *Discruciare*, *Excruciare*, *Torquere*, Plagen/ Quelē/ Kreutzigē. *Premere*, *Opprimere*, Quetschē. *Pungere*, *Stimulare*, *Arrodere*, Stechen/ Nagen. *Pati*, *Perpeti*, *Ferre*, *Tolerare*, Leidē. L. 47.

Adiuncta) Maximè, Quàm maximè cruciari, excruciari, Multis casibus exercere. Omni scelere vexare. Scitè exagitare. Per vim affligere. Vehemēter vexari, exerceri. Mirabiliter excruciari. Etiam atq; etiam vrgere, insectari. Impunè cruciari. Nimis excruciare. Palàm exagitare. Multò grauius vehementiusq; afflictari. Acriter torquere. Acerbissimè afflictare. Contumaciter, inurbaneq;, Contumeliosissimè vexare. Crudelissimè vexari, diuexari. Turpiùs afflictari. Inimicè insectari. Hostilē, Seruilem in modum vexari, cruciari. Tam diu, Diutissimè vexare, torquere: Diuturnioribus molestijs conflictari. *Sæpe*, Sæpissimè vexare. Semper excruciare. Dies noctesq; cruciari, torqueri, stimulare, pungere.

Infeliciter, Vnglückl ichen. *Miserè*, *Miserabiliter*, Elendlich/ Erbärmlich. *Calamitosè*, Arbeytseligklich.

DE VTILITATE, ET CAETERIS EXTERNORVM BONORVM SPECIEBVS.

LOCVS. XLV.

VTILITAS, *Vtile*, Nutzbarkeyt. *Vsus*, *Vsura*, *Vsurpatio*, Brauchung. *Fructus*, *Vsus fructus*, Frucht/ Niessung. L. 50. *Cōmodū*, *Cōmoditas*, *Opportunitas*, Beqnēlicheyt. *Emoluentum*, eyn Gewyn/ Genieß. *Cōpendiū*, Ersparung/ Vortheyl. *Operæpretium*,

preciū, d' Arbeyt werdt. Res, Rationes, vnsere Sachen.
Adiuncta.) Magna, *Maior*, Maxima vtilitas, vsus, fructus, emolumentū, cōmodū, cōmoditas: Magnitudo vtilitatis, cōmodi Summa vtilitas. Amplissimus fruct⁹. Tanta, Quanta vtilitas, opportunitas, fructus. *Multa* vtilitas: *Pl⁹* emolūenti: Pluria cōmoda. Duplex, Vberes, Vberiores, Vberrīi fructus: Vbertas vtilitatis: Copia cōmodorū. Integri fructus: Pars vtilitatis, de cōmodis. Mediocris vtilitas, cōmodū. Parua, Minor, Minīa vtilitas, fructus, commodū, emolūentū. Exiguus fructus, vsura. Exilior, Tenuissimus fructus Leue compendiū. Aliqd emolūenti. Paulū compēdij. Honesta vtilitas: Cōmodū honestū atq; laudabile: Fructus honestissimus: Vtile nihil nisi idem rectū & honestum. Prǫstantior fruct⁹: Præstantiss. cōmodū. Pulcherrimus fructus. Splendidū nomen vtilitatis. Non obscurus, nec absconditus)(Conditus & in tenebris iacens fructus. Egregia commoda. Mirabiles, *Mirifici* fruct⁹. Diuina opportunitas. Grauissima, Necessaria vtilitas, vsus. Solida, Tuta, Pergrata vtilitas. Læti & vberes frructus)(Acerbitate permixti. Iucundissimus fructus. Species, Opinio vtilitatis. Turpe cōpendinm, vtilitas. Cōmunis vtilitas, vsus, fructus, commodū, emolumentū. *Cō*munio, Cōmunicatio, Societas vtilitatis. Publica vtilitas, cōmodū: Rationes publicæ, cōmunes. Reip. Ciuitatis, Ciuium, Vniuersorū, Omnium vtilitas, commodū)(Vniuscuiusq;. Forensis)(Domesticus fructus, vtilitas, cōmodū. Piuatū commodū: Sua, Vnius, Aliena, Aliorum vtilitas. Aduentitia res. Externæ commoditates. Nouus, Prǫsens, Extremus, Diuturnus fructus: Vsura diuturna. Immortalis fructus. Longi temporis, Vnius horǫ vsura. *Actiones*) *M*oueri, Cōmoueri vtilitate, vel desiderio vtilitatis, emolumento: Ad turpe compendiū cōmouere. Impelli, Inuitari vtilitate, emolumento. Rapi ad vtilitatē: Cogere aliquē, Valere plus apud aliquem, vtilitatem. Duci aliquē, Induci fructu, emolūento. Optare, Appetere, Expetere cōmodum, vtilitatē. Cogitare de cōmodis, vtilitate: Spectare commodū. Dirigere aliqd vtilitate, vel ad vtilitatē. Metiri aliquid vtilitate, cōmodis, emolumentis: Probari aliqd vtilitate. Rationē habere, ducere vtilitatis, cōmodi. Ponere fructū in re: Anteponere rationes suas communibus, vtilia honestis. Seiungere, Distrahere, Secernere vtilitatē, vel vtile ab honestate, honesto. Referre, Conferre, Conuertere, Torquere, Trahere aliquid ad suā vtilitatē, cōmodum, vsum, rem. Parēre, Seruire, Inseruire, Deseruire vtilitati, cōmodis, rebus. Facere, Dicere &c. aliquid commodi gratiâ, vtilitatis vel fructus causa, propter, ob, ad vtilitatē, fructū, emolumentū. Inclinare ad cōmodum. *P*olliceri alicui fructū. Propōere cōmodū, vtilitatem, emolumentū, fructū, spem cōmodi, aut vtilitatis. Ostendere fructū. Obijcere vtilitatem. Progredi ad vtilitatē. Sequi cōmoda, fructū, vtilitatem: Perseq vtilia. Quærere vtilitatē, fructum: Aucupari vtilitatem: Nundi-

Nundinari aliquid ad vtilitatē: Mercatura vtilitatū. Deberi fructum. Desiderare vtilitates. Repetere, Exigere fructum: Postulare vsurā. Expectare fructū, rē. Facere alicui emolumentum: Compendij aliquid facere: Efficere aliquid comodi, vtilitatis. Gignere, Inuenire vtilitatem: Parere fructum vtiltatem. Nasci commoda. Ferre alicui, Afferre, Referre, Conferre fructū, vtilitatem, vsum. Dare vtilitatem, commodum, fructum, vsuram: Reddere vsuram. Impertiri cōmoda. Præbere vtilitates: Tribuere, Retribuere comoda, fructū. Tradere fructum. Largiri vsurā. Munerari, Relinquere commodum. Afficere aliquem, Augere commodis, vtilitate. Parare alicui vtilitatem, fructum. Comparare vtilitates. Consequi commodum, fructum, emolumentum. Adipisci vtilitatem, vtile aliquid, commodum. Venire, Peruenire ad aliquem commodum, fructum, emolumentum: Obuenire alicui opportunitatem. Contingere commoda. Capere, Accipere, Percipere fructum, vtilitatem, comodum. Metere, Carpere, Percerpere, Ferre fructum rei. Duci, Sequi vtilitatem ex re. Habere comodum, vtilitatem, fructum, vsum, opportunitatem ex re. Continere aliquid in se vtilitatem: Coniunctum esse cum vtilitate: Pertinere, Attinere ad commodum, vtilitatem: Cadere rem in vtilitatis rationem. Efflorescere vtilitatem. Constare fructum alicui. Consistere commodum, vtilitatem, opportunitatē in re: Existere vtilitatem ex re. Esse, Inesse vtilitatem, emolumentū, compendium, fructum, commodum, vsum in, vel ex re: & Vtilitati, Vsui, Fructui, Emolumento esse: & Ex vsu, Ex re alicuius esse. Facere, Fieri aliquid commodo, vel ex comodo alicuius. Ferre aliquid commodum, vtilitatem alicuius. Prodesse rem: Conducere rationibus alicuius: Expedire, aut vtile esse aliquid. Vti, Frui commodis, vsura: Abuti re ad vtilitatem suam. Versari in compendio. Committere alicui suas rationes. Gaudere commodis alicuius. Curę esse commoda: Rationem habere commodi, vtilitatis. Prouidere, Prospicere, Consulere rationibus, comodis, vtilitati. Defendere commoda, vtilitatem: Defensor, Patronus comodorum. Pugnare, Dimicare, Armis decernere, Sudare pro commodis. Tueri, Conseruare, Continere vtilitatem, commodū. Obtinere, Retinere, Firmare, Augere comodum, vtilitatem: Adiungi vtilitatem. Adundare commodis, Socium, Participem esse commodorum. Aberrare ab vtilitate. Effugere compendium. Despicere vtilitates. Contemnere comoda, fructum. Anteponere aliquid commodis, vtilitati, emolumētis: Præponere aliquid vtili: Anteferre, Præferre commodis & rationibus. Negligere vtilitatem, fructum. Desperare fructū, emolumentū. Prætermittere, Omittere comodū, emolumentū, vtilitatē: Præteriri comodū. Obliuisci commodorū: Immemorem esse vtilitatū. Alienū, Seiunctū esse à comodis, rationibus: Inimicum esse rationibus alicuius.

Inui-

Inuidere, Deesse cõmodis alicuius. Relinquere vtilitatẽ. Deseri rationes: Derelictio, Desertor vtilitatis. Obsistere cõmodis. Impedire, Oppugnare vtilitates, commoda: Repugnare vtilitati. Cõtra cõmodũ, vtilitatẽ, rẽ alicui⁹ facere. Lædere cõmodũ: Officere, Obstare cõmodis. Labefactare, Peruertere commodũ, vtilitatem. Detrahere de commodo, vtilitate. Adimere, Auferre fructum, vtilitatem. Rapere ad se cõmoda, vtilitatẽ. Eripere, Diripere fructum, vsurã. Priuare cõmodo, fructu. Amittere vtilitatem, cõmodum. Perdere, Cadere commoda, fructus. Commutari, Deficere vtilitatem. Carere vtilitate, cõmodis, fructu, vsura. Recuperare commodum. Reuirescere rationes quæ exaruerunt.

Vtilis, **Nutz**. *Perutilis*, **fast Nutz**. *Vtensilis*, **Bräuchlich**. *Vsurpatus*, **Gebraucht**. *Conducibilis*, **Fürträglich**. *Fructuos9*, *Frugifer*, **Fruchtbar**. *Commodus*, *Opportunus*, **Bequem/ Düglich**. v. L. 5. *Ferax*, *Fertilis*, *Opimus*, &c. L. 24.

Adiuncta.) Maximè vtile. Nihil, Multò cõmodius, opportunius. Tantopere, Valde, Vehementer, Parum vtilis. Præclarè, Sæpe vsurpatus.

Vti, *Vsurpare*, **Brauchẽ/ Gebrauchẽ**. *Frui*, *Perfrui*, **Niessen**. *Commodare*, *Cõducere*, *Expedire*, *Prodesse*, **Nutz od' Dienlich sein**. *Seruire*, *Inseruire*, **Dienen/ Fürträglich sein**. *Afferre*, *Conferre*, *Proferre*, **Eintragẽ**. *Referre*, *Interesse*, **daran Gelegen sein**.

Adiuncta) Magni, Permagni, Magis interesse, referre. Maximè vti, conducere, expedire, seruire, interesse, referre. Magnopere, Vehementer interesse, referre. Tantũ, Quantũ, Aliquantũ, Tantulũ, Parum proficere, referrre, interesse. Multũ vti re, prodesse rem, interesse: Permultum interesse. Plus prodesse, interesse: Vti plus, plurimũ aliquo: Prodesse, Interesse plurimũ, quamplurimum. Ad omnia vti. Prodesse omnib. Potissimũ vti aliquo. Non satis seruire. Parui referre. Parũ prodesse: Minùs expedire, proficere, interesse: Minimũ, Planè nihil interesse. Bene vti, Meliùs frui re. Præclarè vsurpare aliqd. Splendidè vti re. Modum tenere fruendi. Diligentissimè seruire. Studiosè, Aptissimè, Necessariò, Benignè, Familiariter, Familiarissimè vti re. Cupidè frui, Libenter, Libentiùs, Libentiss. vti, frui re. Quieto & tranquillo animo frui. Intemperantiùs, Impunè vti, abuti. Promiscuè, Palàm, Liberè)(Furtim frui. Temerè, Frustrà, Malè, Improbè, Peruersè, Cõmuniter vti re. Crebrò vsurpare: Assiduè vti. Toties vsurpare. Interdum vti: Sæpe, Sæpiùs, Sæpiss. Quotannis, Quotidie, Semper vti, vsurpare. Semel)(Semper prodesse, frui. Non ampliùs frui licere.

Vtiliter,

Vtiliter, Nutzlichen/ Fruchtbarlichen. *Commodè, Opportunè*, Bequemlichẽ *v. L 5.*

INVTILITAS, *Inutile*, Unnützlicheyt. *Incommodum, Incommodatio, Incommoditas*, Unkömlicheyt. *Malũ*, etwz Ubels *L. 44. Damnũ, Detrimentum, Dispendium, Noxa*, eyn Schade. *Fraus, Iactura*, Verlust/ Nachteyl. *Decessio, Amissio*, Abgang/ Verlierung.

Adiuncta.) Magnum, Maius, Maximum incõmodum, damnum, detrimentũ, iactura, fraus. Immanes iacturę. Summum detrimentũ. Tantum, Quantum incõmodum, damnum, iactura, amissio. Multa, Plura incõmoda, damna, detrimenta. Tot incõmoda, detrimenta, damna. *Parũ*, Nihil damni. *Minima* fraus: Incommodorum pars minima. Insperatum incommodũ. Graue incommodum. Acerba damna. Turpis amissio. Communia detrimenta. Publicè)(Priuatim incidere incommoda. Domesticum, Corporis, Fortunę incommodum. Nouum damnũ.

Actiones.) Denunciare, Euocare atq; elicere damnum. Inuehi, Importari, Sequi, Consequi, Cadere in aliquem, Accidere alicui, Euenire incommodum, dãnum. Ferre, Afferre alicui, Dare incommodum, fraudem, detrimentum. Accedere alicui, Peruenire ad aliquem incommodum. Incurrere in damna, in fraudem. Contrahere, Facere, Fieri damnum, detrimentum, iacturam, decessionem rei: Cum detrimento, aut incommodo facere aliquid. Afficere aliquem incommodo, damno, detrimento. Subire, Capere, Accipere, Suscipere incommodum, detrimentum. Esse in incommodis: & Incommoda esse in re: & Detrimento, Fraudi esse rem. Habere incommodum. Ferre, Perferre incommodum, damnum, iacturam, detrimentum. Patiens, Ignarus incommodorum. Affligi, Conflictari incommodis. Exhauriri iacturis. Participem esse incommodorum alicuius. Sentire damna & detrimenta aliquorum. Commoueri, Dolere, Lugere)(Lætari incommodis, detrimentis: Molestiam capere ex incommodis. Queri, Deplorare incommodum. Consolari incommodum. Mederi incommodis. Lenire incommoda. Sarcire, Dissoluere, Compensare damna. Prohibere detrimẽto. Reiicere, Diminuere, *Propulsare*, Vitare, Euitare, Fugere, Effugere incommodum, incommoditatem. Liberare aliquem incommodis, vel ex incommodis. Vacare damno: Expertem esse incommodorum. Sine incõmodo, Sine fraude facere, fieri aliquid.

Inutilis. Unnütz. *Incommodus*, Unbequem. *Nocẽs, Noxius, Officiens*, Schädlich/ Schadend. *Perniciosus, Pestifer, &c. infrà eodem L.*

Adiuncta) Summè inutile aliqd.

Incom-

Incommodare, *Obesse, Obstare, Officere, Nocere*, Schaden/ Nachtheylig sein.

Adiuncta) Maximè, Magnopere obesse. Ex parte aliqua officere. Minùs, Leuiter, Quippiam, Quicquam, Nihil nocere. Sæpe obesse.

Inutiliter, Vnnützlich. *Incommodè, Incommodũ*, Vnbequemlich. *Perincommodè*, fast Vnbequemlich.

DIVITIAE, *Opes, Opulentia*, Reichthumb. *Copia, Abundantia, Affluentia*, vberflüssige Reichthumb. *Nummatio*, Reichthumb an barem Gelt. *Thesaurus, Gaza*, eyn Schatz. *Facultates, Fortũæ, Res, Pecunia, &c. L. 43.*

Adiuncta) Magnę, Maiores, Maximæ opes, copiæ, diuitiæ, gaza: Magna vis opum: Magnitudo diuitiarum. Tantæ, Quantæ opes, diuitiæ. Immanes, Ingentes diuitiæ. Summa copia, opes. Amplissimæ, Locupletes, Affluentes copiæ: Abundantia copiarũ. Nimiæ opes, copiæ. Mediocres, Paruæ, Tenues, Exiguæ, Infirmæ opes, facultates, copiæ. Bonę diuitiæ, copiæ. Fundatæ & optimè cõstitutę, Firmissimę, Vtiles opes. Parabiles & terminatę diuitiæ. Opportunæ, Violentæ, Inuidiosæ, Regię opes: Gaza regia. Singulorum facultates & copię: Domesticæ copiæ. Ciuitatis diuitiæ. Meretriciæ opes. Veteres illibatæq; diuitiæ. Pristinæ, Nouæ, Sempiternæ opes, copiæ. *Actiones.)* Amare, Desiderare, Concupiscere, Expetere diuitias, opes. Egere copijs. Studere opibus. Defodere, Obruere, Latere alicubi thesaurum. Quærere diuitias, opes, thesaurum. Consectari, Expectare opes. Traducere ad abundantiam rerum. Consequi opes. Venire diuitias ad aliquem. Inuenire, Reperire thesaurum. Parare, Comparare diuitias, opes, opulentiam, copias. Potiri gaza. Suppeditare alicui abundantiam, copiam rerum. Ditari affluentibus copijs. Habere diuitias, opes, copias, thesauros. Esse alicui opes. Præditum esse, Valere, Posse plurimum opibus, copijs. Munire se, Firmum esse, Niti, Excellere, Florere, Locupletem, Pecuniosum, Diuitem, Refertum, Affluentem, Abundantem esse, Abũdare, Circumfluere opibus, copijs. Superare alterum diuitijs. Contentum esse diuitijs. Vti opibus, diuitijs, copijs. Frui opibus. Experiri opes suas. Elaborare opibus. Deferre, Conferre ad aliquem opes, copias. Commendare, Cõmittere alicui suas opes. Defendere, Iuuare, Subleuare, Sustentare aliquem suis opibus, copijs. Tueri opes suas. Suppetere copias ad largiendum. Augere, Firmare, Amplificare opes: & Diuitijs augere aliquẽ, fortunis locupletare. Crescere opes. Exponere suas copias. Iactare, Ostentare diuitias, copias. Moderatè ferre copiam. Terrere aliquem diuitijs. Circumueniri, Vrgeri opibus. Cõtẽnere, Despicere opes. Abstiere manus ab auro gazaq;

Exhau-

Exhaurire copias. Profundere, Effundere diuitias. Pugnare contra opes. Frangere, Infirmare opes. Detrahere de copijs: *Minue*re copias: Comminuere, Deprimere opes. Deficere copias. Euertere, Peruertere, Concidere, Corruere, Amittere opes. Abesse, Deesse copias.

Diues, Reich. *Perdiues*, fast Reich. *Ditatus*, Reich gemacht. *Opulentus*, Vermöglich. *Opimus*, Feyßt/Reichlich. *Copiosus, Locuples*, Wolhäbig/Reich an Gütern. *Locupletatus, Auctus*, Gemehrt. *Pecuniosus, Nūmatus*, Reich an Gelt. *Abundans, Affluēs, Circumfluens*, Vberflüssig reich. *Fortunatus, Felix, Florens &c.* L. 44.

Adiuncta) Multò, Paulò locupletior. Maximè locuples. Tam affluens, pecuniosus. Omnino, Non parum locuples. Planè copiosus & locuples. Inprimis copiosus: Cumprimis, Satis, Parum locuples. Non minùs bene nummatus. Nihilo locupletior. *Actiones*.) Putare, Facere se locupletem: Efficere aliquos opulentos, copiosos. Fieri diuitem, pecuniosum, affluentem. Esse diuitem, locupletem, copiosum. Haberi, Dici, Appellari locupletem, diuitem.

Ditare, Locupletare, Reich machen. *Augere, Amplificare*, die Haab mehren. *Abundare, Affluere, Circumfluere*, Reich sein.

Adiuncta.) Quacunq; ratione, Quotannis locupletare.

Opiparè, Reichlich. *Copiosè, Largè*, Völliglich. *Abundè, Abundanter, Affluenter*, Vberflüssiglich.

PAVPERTAS, Armut. *Egestas, Indigentia, Inopia, Tenuitas, Penuria*, Mangel/ Dürfftigkeyt. *Necessitas*, Notturfft. *Mendicitas*, der Bettelstab. *Difficultas, Angustia*, schwere tringende Armut.

Adiuncta) Magna penuria, inopia. Summa paupertas, egestas, inopia, mendicitas, difficultas. Tanta, Quanta inopia, angustię. Certissima paupertas. Egestas & improbitas. Malum, Onus paupertatis. Indignissima egestas. Domestica difficultas. *Actiones*) Timere, Extimescere paupertatem: Terreri paupertate. Vereri angustias. Afferre alicui egestatem. Circumuentus inopia. Esse in egestate, paupertate, mendicitate, inopia, difficultate, angustijs: Consortes mendicitatis: Versari, Degere in egestate. Dissimulari non posse tenuitatem alicuius. Perditum esse egestate: Enectus inopiâ. Morderi paupertate. Cogi inopiâ & angustijs. Ferre, Tolerare paupertatē, egestatem.

egestatem. Perpeti mendicitatem. Despicere paupertatem. Relinquere aliquē in egestate. Cauere inopiā. Fugere paupertatem. Præsidio esse inopiæ. Sustetare egestatem, tenuitatem. Explere, Consolari egestatem. Subuenire egestati. Leuare onus paupertatis. Emergere ex mendicitate. Tolli malum paupertatis. Traduci ex egestate ad abundantiam.

Pauper, Arm. *Perpauper*, gar Arm. *Egens*; *Indigens*, Dürfftig. *Inops*, *Tenuis*, Vnuermöglich. *Mendicus*, eyn Bettler. *Inanis*, *Nudus*, Lär/Bloß.

Adiuncta.) Nihil egentius aliquo. Tam inops, nudus. Admodū inops. Omnib⁹ rebus egens. Patiens, Improbus pauper. *Actiones.*) Esse, Existimari inopem, pauperem. Vagari egentes. Benignè facere, aut fieri indigentibus. Impertire de re familiari. Ferre opem salutemq; indigentibus. Prohibere iniuriâ, Locupletare tenuiores. Despicere; Contemnere tenuissimum. Relinqui inopem.

Egere; *Indigere*; Arm oder Dürfftig sein. *Opus esse*; Vonnöten sein. *Mendicare*; *Emendicare*, Bettlen/ Erbettlen.

Adiuncta.) Magnoperè egere: Magis, Maximè indigere. Vehementer opus esse. Tàm, Quàm indigere. Incredibiliter. Indignè egere. Non multum opus esse. Minimè indigere..

Tenuiter, Dürfftiglich.

POTENTIA, *Potestas*, *Vis*, *Vires*, Gewalt / Macht / Krafft. *Firmamentum*, *Firmitas*; *Firmitudo*, Veste / Grundveste. *Numen*, *Summa*, *Regnū*, hoher Gewalt. *Pondus*, *Momentum*, Wichtigkeyt. *Robur*, *Nerui*, *Lacerti*, Stärcke.

Adiuncta.) Magna, Maior, Maxima potentia, potestas, vis, pondus, momentum: Permagnum pondus, momentum: Magnitudo potestatis. Tanta, Quanta potestas, vis, robur, pondus, momentum. Summa potestas. Eximia, Insignis, Singularis, & penè diuina vis. Graue pondus, numen. Firmissimum robur. Plus firmitatis, roboris, firmamenti, ponderis, momenti. Omnes vires. Nimia, Vix ferenda potentia. Satis firmitatis. Aliquid, Aliquantum, Quicq̄, Paulum, Parum ponderis, momenti, firmitatis, firmamenti, roboris, virium. Paruum, Minimum momentum: Minus firmitudinis, firmitatis, virium. Perleue, Nullum momentum: Nihil momenti, ponderis. Diuina, Cœlestis, Fatalis vis. Regia, Regalis, Consularis, Prætoria &c. potestas. Patria potestas. Aliena, Vetus potestas. Semestre regnum. *Actiones*) Concupiscere potentiam. Dare, Afferre vires, ponderis, momenti aliquid. Ac-

